ctio creature. qꝛ ſi deꝰ ſua actione prius totã rẽ
produceret: tũc creatura per ſuã actionẽ ſequẽ=
tẽ nichil faceret. et econtra ſi actio creature ꝑ̇ce=
deret actionẽ dei. Nec põt dici ꝙ creatura ꝓdu
cat vnã partẽ ⁊ deus aliã. qꝛ hic q̃rimus vtrũ il=
lud idẽ qđ ꝓducit creatura ĩmediate: ꝓducat ẽt
deus ĩmediate. Itẽ nec vtraqꝫ actio ſimul attin
git ꝓductũ. qꝛ ſi hoc eẽt: altꝰa ſupflueret cuꝫ vna
ſufficiat ad totũ ꝓducẽdũ. Et ꝑterea actiões vi
deť eẽ idẽ realr̃ cuꝫ ſuis teris vñ ⁊ ab illis ſumũt

denominationē.impoſſibile eſt ergo ad acquirē
dum eandem formam numero:eſſe diuerſas a=
ctiones. patet igitur ꝙ ea que producuntur per
actionem creature:non producuntur a deo im=
mediate. poſſet tamen deus ea imediate ꝓdu=
cere ſi vellet:ſed tunc creatura ibi nichil ageret.
¶2° arguit ſic. Ordo agentium correſpondet
ordini finium. ſed vnius rei non pñt eſſe duo fi=
nes immediate et perfecti.ergo nec duo agētia:
niſi forte ſupplerent vicem vnius agētis modo
quo dictum eſt de trahentibus nauem quia con
ſimiliter poſſent eſſe duo immediati fines. ¶3°
ſic Si deus immediate ageret ad productioneꝫ
effectus cuiuſlibet cauſe ſecunde:aut hoc eſſet iō
quia deus producit aliquid pertinens ad conſti
tutionem cuiuſlibet creature ſcilicet materie : et
cauſe ſecunde producunt formas:aut quia deus
produxit eſſe cuiuſlibet creature : cauſe vero ſe=
cunde producunt illa per que determinatur ip=
ſum eſſe puta viuere ⁊ huiuſmodi.aut quia licet
cauſa prima ⁊ cauſe ſecūde producāt quicquid ē
in creatura:tamen illud idem producitur a deo
ſub ratione cōmuni qua ſcilicet eſt ens.a cā vero
ſecūda ſub ratiōe ſpāli puta inq̄ᵐ eſt viuens vel
huiuſmodi.ſed nullum iſtorum poteſt dari.igiť.
Maior patet. quia tenentes illam cōcluſionem
fundantur in altera trium viarum iam tactaruꝫ
Minor ꝓbatur. prima enim pars dari non po=
teſt.quia ſi prima cauſa producit materiam cau
ſa vero ſecunda ꝓducit formam:iam habemus
propoſitum ꝙ.ſ.aliud eſt quod producitur a cā
prima ⁊ aliud eſt quod producitur a cauſa ſecū=
da ⁊ non idem. Nec ſecūda pars dari poteſt.te
nentes enim illam viam dicūt ꝙ eſſe eſt itimius
rei ꝙ̄ viuere. et quia deus immediate operatur
ad eē rei:ideo deus intimius operať ꝙ̄ cauſa ſe=
cunda.hoc autem non valet.quia cum dicunt ꝙ
eſſe eſt intimius ꝙ̄ viuere : aut intelligunt ita ꝙ
eſſe in potentia ſit intimius rei ꝙ̄ eſſe in actu per
quod determinať:ſed hoc falſum eſt. ſicut enim
per formā quelibet res eſt verius id quod eſt ꝙ̄
per materiā vt dř. 2° phy.ſic eſſe in actu ē veriꝰ
et intimius eē rei ꝙ̄ eſſe in pō̄. Si autē intelligať
ꝙ eſſe actuale in ſua cōitate ſumptum ſit itimiꝰ
rei ꝙ̄ ea per que determinať ad hoc eſſe vel illđ
qđ eſt eſſe viuēs vel intellectuale:tūc variať ꝓ=
poſitum vt de ſe patet.quod etiā non videť ve=
rū.quia q̄ penitus ſunt idē:vnum nō eſt intimiꝰ
alio:ſed eſſe ⁊ determinatū eſſe in vna ⁊ eadem
re ſicut in planta ſunt idē re. viuere enī viuenti=
bus eſt eē.ergo vnū nō ē intimiꝰ ꝙ̄ alterū loquē
do realr̄ ſm̄ rōnem.tm̄ eſſe in cōi intimius eſt rei
ꝙ̄ ꝑfectiones determinantes ipm̄:et ſcđm intel=
lectū noſtrum prius aduenit ⁊ poſteriꝰ recedit.
ſeparatur enim ſcđm rationem ab alijs qꝛ cōius
ſed ex hoc non poteſt haberi ꝙ deus imediatiꝰ
operetur in omni re ꝙ̄ aliqua creatura: imo nec
ꝙ opereť immediate. quia vniuerſalia nō fiunt
niſi factione ſingularium. et iō res nō ſunt ab ali
quo inquātum hn̄t eſſe niſi quia ſunt ab eodem
inquātum habent determinatum eſſe cuiꝰ oppo
ſitum pro concluſiōe ponit hec ſecunda opinio.
Tertia vero pars dari nō pōt .Cū enim illa po=
ſitio aſſumit ꝙ effectus particularis reducitur ī
cauſam particularem ⁊ vniuerſalis in vniuerſa=
lē: hoc intelligendū eſt de ꝑticulari ⁊ vniuerſali
ſcđm predicationē. cōſimiliter in cauſa ⁊ in effe=
ctu vt patet ꝑ exempla que ponit ibideꝫ phs di=
cens vt ſtatue q̇dem ſtatuam faciēs hoc autem
hmōi. ita ꝙ ſicut nō eſt aliud re ſtatua ⁊ hec ſta=
tua ſꝫ rōne tm̄: ſic non reducūtur in cās diuerſas
ſed tm̄ rōne que ſunt ſtatuifica et hec ſtatuifica.
et ſimiliter in propoſito cum eſſe ⁊ viuere in eo=
dem ſolum differant rōne: reduci debent in cau
ſas drn̄tes ſola ratione ita ꝙ ſolum eſt vna cau=
ſa in re q̄ dat eſſe ⁊ viuere imediate ſꝫ ſub diuer=
ſis rōnibus.eſſe quidē :iquantū ipſa eſt ens actu
⁊ aliud ſolum in potentia. viuere vero: inquan=
tum eſt viuens actu ⁊ aliud viuēs in pō̄. ſemper
enim quod eſt tale in potentia : fit ab eo quod ē
tale in actu.et ita non oportet ꝙ eſſe ⁊ viuere in
eodem ſm̄ rationes eorum differentes reducā=
tur immediate i cauſas realiter diuerſas puta vi
uere in cām ſcđam : eſſe aūt in cām primam que
eſt deus. ¶Cōtra eandē cōcluſionē arguūt alij
primo ſic. ſi deus opereť in oī actione creature:
accipio actionē voluntatis ⁊ arguo ſic. ſi deꝰ ⁊c̄.
tūc talis actꝰ volūtatis ſimul ꝓducereť a deo ⁊
a volūtate. aut igiť ſm̄ ſe totū ab vtroqꝫ aut ꝑ=
tim a deo et partim a volūtate.ſi primo modo:
igitur vnꝰ effectus ſm̄ ꝙ vnus ſimul ꝓducereť
a duobus agentibus immediate contra cōmen=
tatorem.7° metha.cōmēto.30.⁊ pluribus alijs
locis. itē tunc altera cauſa ſuperflueret.probať
ꝯñ̄a qꝛ nō plus due facerent ꝙ̄ vna.qꝛ totꝰ actꝰ
ſcđm ſe totum fit ab vtraqꝫ.nec illa duo coniun=
cta plus faciunt ꝙ̄ alterum illorū ꝑ ſe.ergo alte=
ra illaꝝ ſuꝑfluit. fruſtra enī fit ꝑ plura quod po=
teſt fieri per pauciora.ſi ſecūdo modo:ſequiť ꝓ
poſitū. qꝛ aliq̇d illiꝰ effectꝰ eſt ꝓductū a creaťa
et nō a deo. ¶2° ſic.qꝛ tūc aut volūtas pōt illū
actū ꝓducere đo nō ꝯcurrēte aut nō.ſi deť ꝑmū
heť ꝓpoſitū.ſi ſcđꝫ:tūc qlꝫ effectꝰ req̇reret pōaꝫ
infinitā ad eiꝰ ꝓductiōeꝫ.et ꝑ ꝯñs cuiuſlꝫ effectꝰ

productio eēt infinite difficultatꝭ. ꝯñs ē falſū qꝛ tūc nulliꝰ effectꝰ ꝓductio foret maioris difficultatꝭ ꝙ̄ alteriꝰ. ſi dicaꝶ negādo ꝯſequētiā qꝛ eſto ꝙ ad cuiuſlibet effectus ꝓductionē requiraꝶ potētia infinita: nō tñ ſequiꝶ ꝙ ꝓductio illius actus ſit infinite difficultatis: qꝛ illa potentia infinita nō agit niſi finite in illius ꝓductione: contra. Si deus nō ageret niſi finite. igiꝶ talis actio finita a potētia finita poſſet ꝓduci. creet igiꝶ deus talē potētiā finitam i aliq̄ creatura q̄ ſimul coopereꝶ volūtati equaliꝶ ſicut deus coopabaꝶ. igiꝶ ſequitur ꝙ deducta omni actione dei pro tūc illa creatura produceret illum actum.

Quantū ad articulū tertiū ꝑmo notandū eſt ꝙ creatio actiue ſumpta: duo ĩpoꝛtat. vnū de ꝑncipali ſignificato .ſ. diuinā opationē q̄ eſt realr ipſa dei eēntia. aliud ex cōnotato. ſ. relationē rationis ad creaturā. quantū ad pꝛimū creatio conuenit deo ab eterno: ſꝫ quantū ad ſecundū creatio nō cōuenit deo niſi ex tpe quo creatura i eſſe producta fuit. nā ex tūc in creatura ē relatio realis ad deū creantē. quā relationē intellectus apprehēdens: cointelligit quendā rōnis reſpectū dei ad creaturā inquātū cōcipit deū vt terminū relatiōis realis creature ad ipſū ⁊ per cōſequēs vt coꝛrelatiuū. coꝛrelatiui autē: ſemp eſt aliqua relatio ſaltē rōnis ad ſuū coꝛrelatiuū. ipſa autē diuina opatio quā creationē actiuā dicimus: nō eſt aliqua exterioꝛ actio ſ; eſt opatio interioꝛ ſcꝫ intelligere ⁊ velle. nā et cuiuſlibet artificis actio interioꝛ eſt ipa operis itellectio ſiue cogitatio et volūtatis actꝰ. ipſa igꝛ dei pſcientia ⁊ voluntatꝭ beneplacitū de rebus creādis: eſt in deo actiua creatio quantū ad id qͦd creatio impoꝛtat abſolute ⁊ de ꝑncipali ſignificato. vñ qꝛ dei preſcientia ⁊ volūtatis bñplacitum ſunt in deo ab etno: ſequiꝶ ꝙ creatio actio quātū ad ꝑncipale ſignificatū: deo cōueniat ab etno. Nec ꝙ̄ exigitur vt q̄dam dicūt alia actio ex pte dei quā vocant executiuā ad producendū res in eſſe ex tpe. nam ipſa eterna dei prouidētia ⁊ volūtatis eternū beneplacitum: eſt actio ſufficiēs et efficax ad ponēdū res in eſſe ſuis tpibus. iuxta illud ꝓphe. oīa quecū ꝙ̄ voluit dñs fecit in celo ⁊ in terra ⁊c̄. ꝓbatur illud. qꝛ ipſa eterna dei actio. ſ. eius ꝓuidētia et voluntatis bñplacitum nō ſolum eſt ab eterno de rebus creādis: ſꝫ etiā de tpe ⁊ loco et de omnibus rerū ⁊ productiōis earum cōditiōibus. ab etno ſiquidē voluit ⁊ preoꝛdinauit deus tali tpe ⁊ tali loco et ſm oēs alias circūſtantias has ⁊ illas res creare. vñ ipſo tpe ꝑoꝛdinato adueniente: per ipm velle ⁊ imperiū diuinū qͦd ab eterno ſemp manet: res iſte ⁊ ille producunꝶ in eſſe ſuis locis ſingule ⁊ cū reliquis oibus circūſtātijs ſm ꝙ ab etno pfinitū ⁊ ꝓuiſū fuit a deo: nulla alia actione executiua ad id requiſita. vñ. S. Tho. ď pō. q. 3. arti. 15. c. ait. per hoc igꝛ deꝰ agit quicquid extra ſe agit ꝙ intelligit et vult. ipſa nāꝙ̄ eterna dei prouidētia et voluntatis prefinitio ſemp eadē manens tota ſimul et perfecta: exequiꝶ vt ita loquar ſuis tēpoꝛibus ⁊ locis cūctos effectus ab etno ꝓuiſos. ita vt ipſa eadem diuina actio: ſit ab etno rerū diſpoſitiua ac ꝑoꝛdinatiua: et in tpe executiua. Accipiūꝶ iſta ex dictis. S. Tho. in hac. di. q. pª ar. 5°. ad. 11m. Et cō tra. gen. li. 2° ca. 35. Et de pō. q. 5. ar. 3°. ad. 6m

Uerū eſt tñ ꝙ nomē creationis actiue tā ex vſu loquentiū ꝙ̄ a pꝛima ſui impoſitione cū pꝛicipali ſignificato: cōnotat reſpectū ad creaturā. et qꝛ huiuſcemodi reſpectus eſſe nō poteſt creatura nō exñte eo ꝙ inſurgit ex reali reſpectu creature ad deum: ideo nomen creationis non attribuitur deo ſimpliciter niſi ex tempoꝛe ꝙ̄uis res per ipſum nomen pꝛincipaliter ſignificata ſcilicet diuina operatio conueniat deo ab eterno. vnde non dicitur deus rerum creatoꝛ aut creare res ab eterno: ſed ex tempoꝛe. ¶ Sed contra dicta obijci poteſt. Quia res per nomē creationis pncipaliter ſignificata eſt diuina actio vt premiſſū eſt. ſed omnis actio infert ex ſe paſſionem vt inquit auctoꝛ ſex pꝛincipioꝛum. cum igitur creatio paſſio ab eterno non fuerit ſed ex tempoꝛe: ſequi videtur ꝙ creatio actio etiam quantum ad pꝛicipale ſignificatum deo non cōueniat ab eterno ſed ſolum ex tempoꝛe quo ſcilicet creatura ꝓducta fuit in eſſe. ¶ Sed ad hoc reſpōdeꝶ ꝙ minoꝛ propoſitio nō eſt vniuerſaliter vera. ſolum enim veritatem habet de actione tranſeunte q̄ vt philoſophus dicit. 9° methaphiſice terminatur ad aliquid operatum vel actum quod pati dicitur aut tranſmutari. non autem verificatur de actione imanente que ſicut philoſophus ibidem dicit nō habet aliquid actum vel operatū ad quod terminetur propter hoc enim imanēs appellatur. ſicut autem huiuſcemodi actio non eſt circa aliquid actum vel operatum aut factū: ita nec infert vere ⁊ realiter ex ſe paſſionē. actio autem diuina per nomen creationis in recto et pꝛincipaliter ſignificata: ē actio imanens nō trāſiens neceſſario. ſ. velle diuinum et intelligere. ⁊ iō non neceſſario ꝙ̄diu eſt: paſſionē ex ſe infert.

Si autem quis dicat ꝙ licet nõ omnis actio inferat realiter ex ſe paſſionẽ: ſaltẽ illam infert grãmaticaliter. nã etiã de imanẽtibus actionibus id verũ eſt. ſequitur enĩ ſi intellectus intelligit et voluntas vult vel amat: ꝙ aliquid ſit intellectũ volitum et amatum. Simili ergo modo ſequitur videtur ꝙ actio dei per creationem principaliter deſignata ſaltim grãmaticaliter: inferat ex ſe paſſionẽ et ita vel nõ cõueniat deo ab eterno: vel ſi ab eterno deo conuenit: creatio paſſio cõueniet creature ab eterno. et cũ hoc ſit falſum et cõtra fidẽ: videtur ꝙ et illud ex quo ſequitur. ¶ Dicẽdũ ad hãc obiectionem ꝙ etiã grãmaticaliter loquẽdo nõ eſt vniuerſaliter verũ ꝙ omnis actio inferat ex ſe paſſionẽ. ſed illud verificatur de actione exercita. i. deſignata per modũ fluxus qualis eſt actio ſignificata per verbũ: nõ de actione ſignificata per modũ forme vel habitus quieſcentis et in ſubiecto manẽtis quẽadmodum ſignificatur per nomẽ creationis. licet enĩ creationis nomẽ deſcendat a verbo creare et videatur rẽ verbi ſignificare: aliũ tñ habet modũ ſignificãdi quam verbum. Verbũ enĩ creare ſignificat rẽ ſuã per modũ actus fluẽtis et tanquam in fieri. nomẽ aũt creatiõis ſignificat eandẽ rẽ verbi per modũ forme imanẽtis et nõ a ſubiecto fluẽtis. vnde quia actus fluẽs aut ſignificatus per modũ fieri reſpicit terminũ ad quẽ. ſ. paſſum vel actũ et ab eo ſpecificatur: ideo actus fluens et in fieri denominatus: ſemper infert ex ſe paſſionẽ in termino circa quẽ eſt. forma aũt ſignificata per modum quieſcẽtis et manẽtis: reſpicit principaliter ſubiectum in quo eſt: nõ terminũ quãtũ eſt ex ſuo modo ſignificãdi. ideo ex vi denominationis ſequitur cõditionem ſubiecti: nõ termini neque termino ſemper infert paſſionẽ. quia igitur creatio actiue dicta ſignificatur per modũ forme manẽtis in deo nõ per modũ fluxus et in fieri: ideo quantum ad principale ſignificatũ deo attribuitur ab eterno ſicut et deus eſt eternus neque infert neceſſario creationẽ paſſionẽ. creare aũt quia ſignificat per modũ fieri et ſicut actus fluẽs ac tẽdẽs in creaturã: nõ cõſueuit attribui deo niſi ex tpe. vñ nõ dicimus ꝙ deus eſt creator aut ꝙ deus creat ab eterno ſed ex tpe. eo ꝙ ſic dictũ ẽ actio ſignificata per verbum: quia ſignificatur per modum fluxus et in fieri et vt tẽdit in paſſum: infert ex ſe paſſionẽ. Nec fit inſtantia de hoc nomine verbali creator et de participio creans. nã licet habeãt modũ ſignificãdi nominis: ſignificãt tñ in ſubiecto actum creãdi exercitũ et tanquam fluẽtem ſaltẽ ex vſu doctorum etiã antiquorum. et idẽ huiuſmodi nomina nõ cõſueuerunt dici ab eterno de deo ſed ex tempore. vnde creator et creãs et huiuſmodi nomina: non ſunt impoſita deo a potentia creandi ſed ab actu creandi.

¶ Secundo Notãdũ ẽ ꝙ eſt differẽtia inter agẽs voluntariũ et agẽs nãle. nã agẽs nãle agit ſm formã per quã eſt et idẽ agit ſm ꝙ ẽ et per cõſequens ſemper agit quãdiu eſt ſi ſit agẽs ſufficiẽs et efficax. et inde ẽ ꝙ ad eẽ agẽtis nãlis niſi impediatur: ſequitur oportet effectũ. Agens aũt volũtariũ agit non ſm ꝙ eſt: ſed ſm ꝙ vult et ſm determinationẽ itellectus et imperiũ volũtatis. Et rõ differẽtie ẽ, put. S. T. notat prima pte. q. 46 ar. primo ad. 9m. et. 10m. Et de põ dei. q. 3a ar. 15o ad 18m et. ar. 17o ad. 6m. quia omnis effectus ſequitur ex actiõe ſm exigẽtiã forme que eſt principiũ actionis. In agẽtibus aũt nãlibus principiũ actionis quod eſt nã eſt determinatũ ad ſuũ effectũ. vñ ſi ſit efficax et non impeditũ: poſita actione ponitur effectus. In agentibus vero per volũtatẽ ipſa rei fiẽde cõceptio et volũtatis determinatio: eſt principiũ actionis. et idẽ effectus agẽtis per volũtatẽ: nõ neceſſario ſequitur poſita actiõe niſi ſm ꝙ cõceptũ et diffinitũ eſt ab ipſo agẽte. determinatio aũt volũtatis et cõceptio intellectus nõ ſolũ ẽ de re fiẽda: ſed et de loco et tpe et de omnibus eius cõditionibus et intrĩſecis et extrĩſecis. nõ enĩ artifex determinat et diſponit rẽ facere paſe: ſed et talẽ rẽ facere et tali tpe et tali loco et ſic de ſingulis rei cõditionibus que per artẽ diſponi debẽt. Ex quibus infertur ꝙ in cauſis per volũtatẽ agẽtibus: cã ſufficiẽte poſita: nõ neceſſario ſequitur ꝙ eius ponatur effectus: ſed ſequitur ꝙ effectus ponatur in eẽ ſm ꝙ agẽs vult et diſpoſuit ac ſm modum ſui imperij quantum ad locũ et tẽpus et alias effectus circũſtãtias. cũ igitur deus ſit cã volũtaria productionis rerum ſufficiẽs et efficaciſſima: ſequitur ꝙ nõ neceſſario eius effectus ponatur eternus deo exiſtẽte eterno et eius eterna actione ac puidẽtia exiſtẽte. ſed ſequitur ꝙ effectus dei ponatur quãn et vbi et quomodolibet volũtas dei diſpoſuit. De hoc. S. T. contra gẽ. libro. 2o caplo. 35.

¶ Tertio Notãdũ eſt put accipitur ex dictis. S. Tho. in hac diſtin. lec. prima ar. 2o in. c. Et prima pte. q. 45. ar. primo ad 3m. Et de põ dei. q. 3. ar. primo ad. 7m Iſta ppoſitio creatura fit ex nichilo: duplicem habet ſenſum verum. vnum ſi prepoſitio. ex. cum deſignatione ordinis quam ſemper importat: deſignet in ſuo caſuali etiam cauſam materialem: vtrũque tamen negatum. et tunc ipſa prepoſitio. ex. capitur vt incluſa ſub negatione importata per nichil et remanet negata. et eſt ſenſus. creatura fit ex nichilo. i. fit non ex aliquo ſubiecto aut ex aliqua materia. nã nichil et non aliquid: equpollet. Aliũ ſenſũ verum habet dicta propoſitio ſm ꝙ prepoſitio ex. capitur vt non incluſa ſub negatione importata per nichil ſed remanet affirmata. et tũc deſignat

ordinem tãtũmodo inter fieri creature ⁊ nichil.
et eſt ſenſus. creatura fit ex nichilo. i. fit poſt ni=
chil qm̃ prius nõ fuit ꝙ̃ fieret. huiuſmodi autem
ordo prioris ⁊ poſterioris: eſt ordo durationis
ſuppoſito queadmodũ fide tenemꝰ ꝙ creatio re=
rum nõ fuerit ab eterno. ſi aũt ab eterno fuiſſet:
prepoſitio. ex. in premiſſa locutione deſignaret
ordinẽ nature nõ durationis. Dicit̃ aũt eſſe priꝰ
natura: id quod cõuenit rei ex ſe. i. ſue nature re
licte. poſteriꝰ aũt natura: dicit̃ qꝺ cõuenit rei nõ
ex ſe ſꝫ ab alio. vnde qꝛ creatura ex ſe. i. ſibi reli-
cta habet nõ eſſe: eſſe aũt habet a deo nõ a ſe: iꝺ
non eſſe creature naturaliter prius eſt eius eſſe.
Ex p̃miſſis apparet quod aliq̇ in caſſuꝫ laborant
volẽtes inferre ex illa ꝑpoſitione. ſ. creatura fit
ex nichilo: ꝙ nichil fiat creatura ⁊ nichil vertat̃ i
creaturã: falſa imaginatione putãtes ꝙ cũ dicit̃
creatura fit ex nichilo: nichil ſit terminꝰ a q̊ crea
tionis. ex quo ſic arguũt. terminus a quo motus
vel mutationis implicat ſubiectuꝫ quod manet
idẽ ſub vtroqꝫ termino. nã cũ terminus a quo ꝓ
prie loquẽdo ſit ꝓuatio aut forma: eſſe nõ poteſt
ſine ſubiecto. rõne cuiꝰ nõ ſolũ dicimꝰ ex hoc fit
hoc vt ex aqua fit aer vel ex albo nigrũ: ſꝫ etiam
dicimꝰ ꝙ hoc fit hoc vt ꝙ aqua fit aer et albũ fit
nigrũ: ea ratione quia ſubiectũ qꝺ eſt ſub termi=
no a quo ⁊ ab illo denominat̃: fit ſub termino ad
quem. cuꝫ ergo in p̃dicta ꝓpoſitione vt dicũt ly
nichil ſit terminus a quo: ſequit̃ ꝙ ſi iſta ſit vera
ex nichilo fit creatura: iſta etiã ſit vera nichil fit
creatura ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ nichil vertat̃ in creaturã. Sꝫ
certe iſti ex duplici falſo fundamẽto ꝺcepti ſunt.
vnũ eſt ꝙ in p̃dicta propoſitione. ſ. ex nichilo fit
creatura ly nichil ſit terminus a quo creationis.
hoc aũt falſum eſt. qm̃ vt accipit̃ ex dictis. S. T.
in locis ſupra allegatis ⁊ vbicũqꝫ de hac materia
loquit̃: creatio cuꝫ nõ ſit motus aut mutatio ſed
ſimplex a deo emanatio: neqꝫ habet terminũ rea
lem a quo neqꝫ ſubiectũ ex quo ſꝫ ſolũmodo ter
minũ ad quẽ. et ꝓpter hoc in creatione nõ ẽ trã=
ſitus aut proceſſus neqꝫ proprie fieri ſed factum
eſſe. nã illa ex ratione terminoꝝ exigũt duos ter
minos a quo ⁊ in quem. Capiẽdo tamẽ abuſiue
nomen ꝓceſſus ⁊ exitus ꝓ quacũqꝫ dependẽtia
⁊ pro cauſalitate paſſiua: conſueuimus dicere ꝙ
creature exeunt ⁊ procedunt a deo: nõ quaſi int̃
deum creantẽ et creaturã ſit aliquis medius ꝓ=
ceſſus: ſed vt ſignificemus ꝙ creature a deo cau
ſantur ⁊ accipiunt eſſe. In predicta igitur ꝓpo=
ſitione. ex nichilo fit creatura: ly nichil nõ ponit̃
vt terminus a quo creationis neqꝫ tenet̃ cathe=
goreumatice: ſed tenet̃ ſyncathegoreumatice ⁊

in vi cuiuſdam negationis ſimpliciter. vt idẽ ſit
dictu nichil: quod nullũ ens vel nõ ens. vñ cum
dicitur. ex nichilo fit creatura: ſenſus eſt. creatu=
ra fit nõ ex aliquo preexiſtẽte. Aliud aũt falſum
fundamẽtuꝫ iſtorũ eſt ꝙ ꝑpoſitio ex hoc fit hoc:
ſemꝑ ⁊ vniuerſaliter inferat hãc. ſ. hoc fit hoc. qꝺ
falſum ẽ. Non enim talis cõſequentia tenet niſi
quãdo prepoſitio. ex. deſignat in eo cui apponit̃:
cauſam materialem vel conſubſtãtialem eiꝰ qꝺ
dicitur fieri q̃ ſit ſubiectũ vtriuſqꝫ termini ⁊ de q̊
vterqꝫ terminus predicetur in recto dicẽdo hoc
eſt hoc. Ubi aũt p̃poſitio. ex. ſolũ ordinẽ ꝓoris ⁊
poſterioris deſignat ⁊ nõ cauſalitatẽ: ꝯña illa nõ
tenet. vt cuꝫ dicimus ex mane fit meridies ⁊ ex
die hodierna fit craſtina aut ex die fit dies vel ex
menſe mẽſis vt ex ianuario februarius ⁊ ex pre=
terito fit futurũ. nõ enim in huiuſmodi ⁊ in ſimi-
libus: ex hoc fit hoc: infert̃ hoc fit hoc. Unde qꝛ
in premiſſa ꝑpoſitione. ſ. ex nichilo fit creatura:
prepoſitio. ex. cauſalitatẽ non deſignat ſed tãtũ
modo ordinẽ. ideo ꝑ hoc ꝙ ex nichilo fit creatu=
ra: nõ recte ⁊ vere infertur ꝙ nichil fiat creatura
aut ꝙ nichil vertatur in creaturam.

¶ **Quarto** Notãdũ eſt ꝓut ex dictꝭ
S. Tho. accipi põt ꝓma
parte. q. 104. arti. p° et. 2°. Et ꝯ gen. li. 3° ca°.
65. et. 66. Et ꝺ põ dei. q. vel mã. 5ª arti. p° ⁊. 2°
ꝙ omnis effectus a ſua cauſa depẽdet ſm̃ ꝙ eſt
eius cauſa. ita vt ſi cauſa eſt ꝑ accidẽs: effectꝰ de=
pendet ab ea ꝑ accidẽs. ſi autẽ eſt cauſa ꝑ ſe: effe
ctus ab ea depẽdet ꝑ ſe. Et pari modo ſi cauſa ẽ
q̃ꝫm ad fieri: effectus depẽdet ab illa q̃ꝫm ad fieri.
ſi eſt cauſa q̃ꝫm ad eſſe: effectus depẽdet ab ea ſꝫ
ſuum eſſe. Sicut aũt effectũ depẽdere a cã ſꝫ fie
ri: eſt fieri eius ab illa cauſari ita vt ceſſante eius
actione: fieri effectus ceſſaret: ita effectũ depen=
dere a cauſa q̃ꝫm ad eſſe: eſt eſſe ipſius ab illa cau
ſari: ita ꝙ ſine ipſius cauſe virtute aut influxu: eẽ
effectus nõ poſſet ſtare. eſſe aũt cuiuſlibet creatu
re ꝑ ſe ⁊ ſimpliciter depẽdet a deo. Tum qꝛ eſt q̄
dam diuini eſſe participatio et ſimilitudo quaſi
ꝺfluxa. deꝰ ſiqdẽ ſolus ẽ ꝑ ſuã eẽntiã ipm̃ eẽ. crea
tura ãt nõ ẽ ꝑ ſuã eẽntiã ipm̃ eẽ alias nõ poſſꝫ nõ
eẽ. hẽt ḡ eẽ participatũ a ꝺo. naꝫ om̃e qꝺ ẽ tale ꝑ
participationem: depẽdet ab eo qꝺ eſt ꝑ eſſẽtiaꝫ
tale. Tũ etiã quia eẽ creature ꝯſequit̃ ꝑ ſe ⁊ ime
diate formã ipſius tãqꝫ eiꝰ effectꝰ formal' ⁊ ꝑ ꝯñs
ab illa ꝑ ſe depẽdet ita vt ſine illa cõſiſtere non
poſſꝫ. nõ eni effectꝰ formalis mãere põt ſine ſua
cã formali. Ex q̊ ſeq̇t̃ ꝙ illꝺ qꝺ ẽ cã ꝑ ſe ⁊ ſimplr̃
forme rei: eſt cauſa ꝑ ſe ⁊ ſimplr̃ ipſius eſſe quod
a forma dependet. vnde cũ deus ſit cauſa ſimpli

titer ⁊ ꝑ ſe om̄is forme create:ſequit̃ ꝙ ſit cā ſim=
pliciter ⁊ ꝑ ſe ipſius eſſe rei create. cū aūt oīs effe
ctus depēdeat a ſua cauſa ꝑ ſe ſm̄ ꝙ eſt eiꝰ cauſa
vt p̄miſſum eſt ita vt ſine eiꝰ v̉tute ⁊ cauſalitate
ſtare non poſſit:ſequit̃ ꝙ eſſe cuiuſlibet creature
a deo ꝑ ſe ⁊ ſimplicit̃ depēdet:ita vt ceſſante dei
cauſalitate:eſſe cuiuſlibet creature ceſſaret. Deꝰ
igit̃ eſt ꝑ ſe ⁊ ſimpliciter cauſa cōſeruatiua om̄is
creature. nā illa cauſa rei ꝯſeruatiua dicit̃:a qua
eſſe rei ꝑ ſe ⁊ ſimpliciter dependet. Neqꝫ ex hoc
ſequit̃ omnes creaturas eſſe icorruptibiles. q̄m
deꝰ ſicut in creādo res nō eſt agēs naturale qḋ.ſ.
agat ex neceſſitate nature:ſed eſt agēs volunta=
riū:ita neqꝫ in cōſeruādo res agit ex neceſſitate
nature ſicut agēs naturale:ſꝫ eſt agēs liberuꝫ ac
volūtariū: vn̄ tm̄ ꝯſeruat q̄m vult ⁊ q̄diu vult.
et inde etiā eſt ꝙ q̄n res a ſuis cōtrarijs vel alias
corrūpunt̃:nō vincit̃ dei v̉tus cōſeruatiua vt q̄=
dam deſipiūt:ſ; deo volēte ac ꝑmittēte: res que
corrūpit̃ vincit̃. nō eni deꝰ vult omnē defectum
et corruptionē reꝝ creataꝝ abijcere ⁊ impedi=
re:ne bonū totiꝰ vniuerſi impediat̃ et precipue
ordo reꝝ. deffectꝰ nāqꝫ et corruptio vniꝰ: cedit
in bonū alteriꝰ. nā corruptio vniꝰ eſt generatio
alterius ꝑ quā ſpēs cōſeruat̃ q̄ confert ad bonuꝫ
vniuerſi. vn̄ ſi omnia mala et corruptiones et de
fectus impedirētur:multa bona deeſſent vniuer
ſo. nō eni eſſet vita leonis ſi nō eſſet occiſio ani=
maliū. neqꝫ eſſet patiētia martiꝝ ſi nō eſſet per=
ſecutio tyrannoꝝ. Notat iſta. S. Tho. pª parte
q.22.ar.2°.ad.2m. Ex quibꝰ inferimꝰ de men
te. S. Tho. pª. parte.q.105.arti.5°. Et ꝯ pō dei
q.3ª.arti.7°. Et ꝯ gen.li.3°.ca.67°. Et multuꝫ
apte et diffuſe ſup p̄ma et ſcda ꝓpoſitione libri ꝺ
cauſis in cōmento. ꝙ cauſalitas dei ⁊ influentia
ſue v̉tutis attingit in rebꝰ creatis intima reruꝫ.
nā nihil intimius in rebꝰ eſt q̄ reꝝ forma ſubſtā=
tialis et eſſe. Et q2 omne agēs agit ſꝫ ꝙ eſt actu
⁊ ꝑ formā ſuā q̄ eſt p̄ncipiū agēdi:ſequit̃ ꝙ omnē
actionē agētis creati:dei v̉tus ⁊ cālitas ſeu influ
entia imediate attigat. et ꝑ ꝯn̄s ꝙ deus opet̃ in
oī opante creato nō ſolū ꝑ hoc ꝙ deꝰ rebus crea
tis formas ⁊ v̉tutes dedit q̄bus agerēt q̄n primo
eas ꝯdidit:ſ; etiā v̉tutes ip̄as ⁊ formas ꝑ cōtinu
am iſluētiā ꝯſeruādo et iteꝝ eas ꝓprijs actioni=
bꝰ aplicādo. ip̄e eni diuine v̉tutis iſluxꝰ q̄ reruꝫ
formis ac v̉tutibꝰ ⁊ ip̄arū eſſe ꝯtinuo ⁊ ſp̄ influit:
res ad ꝓprias actiones mouet ⁊ aplicat. nō.n.
rebus ſufficeret formas ⁊ v̉tutes a p̄ma ſua crea
tione vl̉ ꝯditione ꝯſeruatas hr̄e: niſi diuina v̉tꝰ
et cālitas: res ad ꝓprios motꝰ ⁊ actiōes actua=
liter moueret et aplicaret. quēadmodū licet do
labrū formā ſuā ⁊ v̉tutis accumē et cetera q̄ ad
ſui ꝯſiſtētiā ꝑtinēt habeat: niſi actuali influxu et
motione edificatoris aplicet̃ ad opꝰ:neqꝫ actio
nē ſecādi:neqꝫ ad ſtructuram edificij aliq̄d pote
rit efficere:ita ⁊ oīs creatura q̄ multo magis ē in
ſtrumētū dei opificis:nullā actionē et motū ſine
dei motione ⁊ actuali aplicatione hr̄e pōt. Rō
aūt fundamētalis q̄re omne iſtrumētū idiget ad
agēdū ꝙ actualit̃ moueat̃ ⁊ aplicet̃ ad opꝰ a pri
cipali agēte et oē agēs creatū indiget deo: aſſig=
nat̃ ꝑ. S. Tho. de pō dei. loco preallegato. q2.ſ.
omne agēs creatū et oē inſtrumētū:eſt agēs mo
tū. p̄mū nāqꝫ agēs qḋ eſt deꝰ: ē p̄ciſe mouēs non
motū. agēs aūt vel mouens motū ideo dr̄:quia
agit vel mouet ꝑ hoc ꝙ mouet̃ ab alio:ita ꝙ ſi ab
alio nō moueret̃:nō moueret aut ageret. ipſa āt
motio q̄ ab alio mouet̃:attēdit̃ in actuali aplica
tione q̄ aplicat̃ ad ꝓpriā actionē a ſuꝑiori agen
te. vn̄ iſte eſt ſpecialis modꝰ q̊ vna res ē cā actio
nis alteriꝰ:in q̊ nō intelligit̃ ꝑ ſe loquendo colla
tio aut ꝯſeruatio v̉tutis actiue ſꝫ aplicatio v̉tu=
tis habite ad actionem. quēadmodū hō ē cā inci
ſionis cultelli cui neqꝫ formā dedit neqꝫ v̉tutꝫ ac
cumē: ex hoc ip̄o ꝙ aplicat cultellū accutū ad in
cidēdū:ip̄m actualit̃ mouēdo. Qḋ aūt dictū ē p̄=
mū motorē tātūmodo eē mouēs nō motū: iſtan
tiā nō habet ex eo qḋ p̄hi dicūt ꝙ celū ē alterans
nō alteratū. q2 licet hoc verū ſit: ⁊ tn̄ eſt mouēs
motū. ita ꝙ ſi nō eſſet motum:non moueret nec
actionē haberet ſup̄ corꝑa inferiora. ꝓut. S. T.
pulchre declarat de pō dei.q.5ª.arti.7°. moueri
aūt in plus ſe habet q̄ alterari. et ideo pōt cōue
nire corporibus ſupracelestibus quibus non cō
uenit alterari. ¶ Aduertēdum tamen circa hoc
prout ex dictis. S. Tho. in locis preallegatis ac
capit̃. Et contra gen.li.3°.capi.70. ꝙ cū dicimꝰ
deum oꝑari in omni oꝑante:duplicem deo attri
buimus oꝑationē. vnam qua rerū naturas ac v̉
tutes conſeruat ⁊ eas oꝑationi vel actioni apli=
cat. et huiuſmodi operatio diuina eſt ipſa dei ꝓ=
uidentia ⁊ volūtatis velle beneplacitū ac impe
riū. et hec oꝑatio eſt ſolius dei in qua agēs crea=
tum oꝑans qḋ dicit̃ cōſeruari ⁊ ad oꝑationē ap=
plicari:nō cōmunicat niſi tm̄ patiendo et recipiē
do. Aliam oꝑationē deo attribuimꝰ.ſ. ab agente
creato oꝑante elicitā qua ſuū effectū attingit. hu
iuſmodi eni actio et elicit̃ a deo et elicit̃ ab agen
te creato. itaqꝫ actio vna realiter exn̄s:eſt tota ⁊
ſimul duratione et a deo ⁊ ab agente creato ali=
ter tamen ⁊ aliter. nam a deo eſt ſicut a primo ⁊
principali agente:a creatura vero ſicut a ſecun=
dario agente ⁊ inſtrumentali. In eo nāqꝫ ꝙ deꝰ

non ſolū dat agenti creato naturā ⁊ virtutē ad ꝓpriā actionē eliciēdā: ſed etiā ipm ⁊ eius virtutem mouet ⁊ applicat ad agēdū: dicit̃ ṗmo ⁊ ṗncipaliter ipam agētis creati actionē elicere ⁊ cauſare. Et iterū q2 conſeruādo eam ipam actionē in eſſe cū virtute ab agente creato vt ſic loq̄mur decīſa: deꝰ eſt cauſa ꝙ effectū actio attingat ⁊ ꝑficiat: ideo etiā ipſa effectꝰ attinctio ⁊ cauſalitas deo tanq̄ ṗncipali agēti attribuitur. Neq̄ ē inconueniēs vt q̇dam reputāt ꝙ eadē actio ſimul ⁊ tota ſit a duobus agentibus. ſ. a deo ⁊ a creatura cū nō ſint agētia eiuſdē ordinis: imo hoc ipm eſt generale in omni actione q̄ ꝓcedit ab agente mediāte inſtrumēto. omne enim agēs creatū: multo magis depēdet in ſua cauſalitate ⁊ ꝟtute agēdi a primo agēte quod deꝰ eſt: q̄ quodlibet inſtrumētū ſiue in naturalibus ſiue in artificialibus depēdeat a ſuo ṗncipali. Neq̄ id verū eſt dūtaxat de inſtrumēto reſpectu ṗncipalis agentis: ſed et de omni cauſa ſecūda reſpectu cauſe ṗme. ꝓut ex ṗma ⁊ ſecūda ꝓpoſitione libri d̉ cauſis habetur: dū tamē cauſe ipſe ſint eſſentialiter ordinate. Neq̄ preterea incōueniens eſt ꝙ eadē actio a deo ⁊ creatura operāte imediate ꝓcedat. eo ꝙ huiuſcemodi imediatio vtriuſq̄ nō eſt eiuſdē rationis. nā deꝰ imediate opat̃ immediatione virtutis opatiue: eo ꝙ virtꝰ agētis creati neq̄ ad actionem applicat̃ neq̄ effectū attingit niſi mediāte virtute ⁊ influētia dei. vñ. S. T. dicit i hac diſtin. lctōne ṗma arti. 4°. c. ꝙ virtus dei eſt ſicut mediū cōiungēs virtutē cauſe ſecunde cū ſuo effectu. imediatio autē qua agēs creatū dicit̃ imediate agere: eſt imediatio ſuppoſitorū agētiū. agēs eni primū dicit̃ agere mediante agēte ſcḋo. qḋ ſignificat̃ cū dicit̃ agens ṗmū aut ṗncipale ꝑ ſecundū aut ꝑ inſtrumētū agere. ſed quia imediatio virtutis eſt perfectioꝛ ⁊ intimioꝛ q̄ imediatio ſuppoſitoꝝ: ideo deꝰ dicitur intimiꝰ agere circa effectū q̄ agens creatum.

¶ **Quinto** Notāduz eſt ꝙ vt. S. T. deducit de potētia dei. q. vel mā. 5ᵃ. ar. 3°. in. c. poſſibile quod dicit̃ ſꝫ aliquā potētiam: dupliciẗ cōtingit. Uno modo ſm potētiā agētis tm̄. ſicut anteq̄ mūdus fieret poſſibile fuit mundū foꝛe: nō ſm potētiā que eſt i rebus factis ſed ſm potētiā agētis. Alio modo dr̃ poſſibile ſm potētiā que eſt in rebus factis: ſicut poſſibile eſt coꝛpus cōpoſitū ex cōtrarijs coꝛrūpi. Eodē modo impoſſibile dicit̃ ꝑ remotionem potētie agētis vel ꝑ remotionē potētie in rebus factis. Secūdū hoc igit̃ dupliciter pōt cōtingere ꝙ res aliqua nō ſit poſſibilis non eſſe. Uno modo quia ꝑ nullā potētiā agētis res ipſa pōt non eſſe. alio modo q2 in re ipſa nō eſt potētia ad nō eſſe. ṗmo modo nullū factū aut creatū eſt impoſſibile nō eſſe. eo ꝙ potētia ṗmi agētis. ſ. dei ſe extēdit ad omne illud qḋ nō implicat cōtradictionē. factū autē vel creatū aliq̄n non eſſe: cōtradictionē nō implicat. Scḋo modo aliquod factū vl̃ creatū nō eſt poſſibile nō eſſe: q̄m in eiꝰ natura nō eſt potētia ad nō eſſe. Cauſa aūt quare i natura alicuius rei eſt poſſibilitas vel potentia ad nō eſſe: eſt q2 eiꝰ mā eſt cōtrarietati ſubiecta. i. apta nata eſſe ſub ꝯtrarijs foꝛmis. nā talis foꝛmarum variatio in materia eſſe nō pōt ſine coꝛruptione rei cōpoſite vel ſimpliciẗ vel ſm q̇d. ac per hoc omnis talis res habet potētiā ad nō eſſe vl̃ ſimpliciter vel ſm q̇d. Ex quibꝰ infertur ꝙ in rebus vel nō cōpoſitis ex mā ⁊ foꝛma q̄eadmodū angeli: vel quarū mā nō eſt cōtrarietati foꝛmarū ſubiecta ſicut ſunt coꝛpa celeſtia: nō ē poſſibilitas vel potētia ad nō eſſe. vñ ⁊ huiuſcemodi res dicūtur res ꝑpetue ⁊ incoꝛruptibiles ꝑ nām: non ꝙ repugnet eaꝝ nature coꝛrūpi: nā ⁊ ꝑ potētiam alicuius agētis. ſ. dei coꝛrumpi poſſunt: ſed quia in eaꝝ nā non eſt potētia ad coꝛruptionē.

QUantuz ad articulū. 4ᵐ reſpōdendū eſt obiectionibus aduerſarioꝝ. Et q̇dē ad ṗmū Aureoli cōtra primam cōcluſionē dicit̃ ꝙ cauſa eſt relatiuū ſm dici. et ideo pōt cōſiderari vel q̄ᵐ ad id quod eſt in ſua natura ⁊ hoc eſt abſolutū: vel ſꝫ rationē cauſe ꝓut. ſ. impoꝛtat reſpectū actualē ad effectū. cū ergo dicit̃ in maioꝛi argumēti ꝙ cauſa in actu ⁊ effectus in actu ſimul ſe ponunt: ſi cauſa accipiat̃ q̄ᵐ ad id quod eſt in ſe ⁊ nō ſub rōne cauſe: ꝓpoſitio eſt falſa. ſicut apparet tam i cauſis naturalibus q̄ in artificialibꝰ quarū plures prius q̄ ſint in actu eoꝝ effectus: ſunt ipſe actu id quod ſunt in natura ſua. Si aūt cā accipiatur nō ſolū ſm id quod eſt in ſe ſed etiā ſub rōne cauſe: maioꝛ ꝓpoſitio cōcedit̃. ſed minoꝛ ē falſa capiēdo creationē actionē q̄ᵐ ad id qḋ eſt in ſe ſine reſpectu ad creaturā ſm quē modū ponit̃ in deo ab eterno. Nec valet ꝓbatio. nā maioꝛ ꝓpoſitio nō eſt vera niſi de agēte ex neceſſitate nature cuiꝰ actio nō eſt eius ſubſtātia: et cuiꝰ actio efficax: nō eſt ſuū velle ⁊ intelligere: ſꝫ alia actio media inter actū voluntatis ⁊ effectū. nō autē valet de agēte ꝑ voluntatē cuius efficax actio ē ſuū velle ⁊ intelligere ⁊ eſt eiꝰ ſubſtātia q̄le agēs eſt deus reſpectu creaturaꝝ. Sic i ſentētia reſpō

det.S.T.ad ſimile argumẽtũ in hac. di.&c. pma
arti.5° ad.11m.Et pa pte.q.46.ar.p° ad.9m. et
10m. Et de pō dei.q.3a ar.17. ad.26m et. 30m.
Itē ɔ gē.li.2° ca° 35. et de hoc ſatis dictũ eſt in
pmo notabili. Vñ reſpōſio data p arguentē bo-
na eſt nec ɔfirmat arguẽtis ,ppoſitũ imo oppo-
ſitũ.et ad eius improbationē reſpōdem⁹ quēad-
modũ reſpōdet.S.Tho.loco allegato pma par
te ⁊ ɔ gen. ꝙ ɔña valeret ſi actio dei q̄ eſt velle:
eſſet cauſa creature ẜm id qđ eſt: ꝫ non ſic eſt vt
ex ſupradictis patet: ꝫ eſt cauſa ẜm determina-
tionē intellectus diuini et impiũ volũtatis.et iõ
effectus ſeqꝛ̄ ad velle diuinũ nõ ,p inſtãti eterni
tatis in quo eſt:ꝫ ,p tpe quo mēs diuina preordi
nauit.vñ nulla ē ɔtradictio in dictis. S.T. Qđ
aũt arguens inducit ꝙ.ſ.nulla actio ſic eſt libera
ex quo poſita eſt ⁊c.nichil ɔ nos cõcludit: cũ ei⁹
effect⁹ in creatura non cõmittet eius actionē ex
natura rei. ¶Ad ɔfirmationē aũt dicim⁹ ad qſi-
tũ.ꝙ qñ effect⁹ ponit̄ i actu: nõ fit aliqđ ex parte
actionis dei vltra velle ei⁹ eternũ qđ eliciat effe
ctũ. Nec valet qđ arguēs ex hoc infert . qꝛ velle
diuinũ fuit efficax ab eterno ⁊ ſp ſed nõ ,p ſemp
ſed ,p certa menſura durationis in qua ſeqꝛ̄ effe
ctus.et ꝙ ,p tũc fuerit efficax et nõ ,p ante: nulla
alia cauſa fuit q̄ ipm met velle diuinũ qđ ab et-
no fuit đ tali effectu ,pducēdo ,p tali tpe vel du-
rationis mēſura.et ita nichil de nouo ſupuenien
te ipi velle diuino: effectus de nouo ſequut⁹ eſt.
Et p hec patet reſpōſio ad ſecũdã rõnē.dicimus
enī ꝙ velle diuinũ eternuꝫ qđ eſt diuina actio ⁊
diuina eſſentia:ē executio actiua cũ impio ,p tpe
vel durationis mēſura ,p qua eſt ipſius velle de
terminatio abſq; alia actione media.et ita ceſſat
,pceſſus arguẽtis.vnde executio vel actio execu
tiua ,p tpe pfinito:nõ dicit aliqđ reale ſupra diui
nũ velle eternũ:ꝫ ſolũ reſpectum rõnis ad effe-
ctum. ¶Ad.3am rõnē dicitur ꝙ diuiſio eſt inſuffi
ciēs.eſt enī aliud mēbruꝫ diuiſionis qđ arguens
ommiſit.qꝛ.ſ.illud velle eternũ nõ ex nã rei ꝫ ſui
beneplacito:ſe determinat ab eterno ad talē ,p-
ductionē . vñ ⁊ põt eſſe in deo oppoſitũ velle lo-
quendo in ſenſu diuiſo q̄m eſt ex natura ſui ⁊ ex
natura effect⁹.ſuppoſita tñ determinatione diui-
ne volũtatis:non põt eſſe in deo oppoſitũ velle.
hoc aũt impoſſibile: nõ arguit neceſſitatē abſo-
lutam aut naturalē diuini velle: ꝫ neceſſitatem
dũtaxat cõditionatã ex ſuppoſitione.Et cũ argu
ens dicit ꝙ quicquid potuit ab eterno eē in deo
nũc eſt in eo:cõcedim⁹.cũ aũt ex hoc infert ergo
oppoſita velle nũc ſunt in deo : negat̄ ɔña ſi argu
ens loquat̄ de ipſa actione volitionis que vna
tãtũmodo eſt ab eterno neq; alia vnq; eſſe po-
tuit in deo. Si autē loquat̄ de oppoſito reſpectu
rationis a quo ipſa volitio vocat̄ oppoſita: appel
latione extrinſeca tanq; ex cõnotato:negat̄ itez
ɔña loquēdo de reali exiſtẽtia in deo.qm̄ reſpe-
ctus rõnis nõ exiſtit in deo realiter ꝫ obiectiue
tm̄.ſ.ſicut cognitũ in cognoſcēte . p quē modum
multa oppoſita ⁊ etiã mala ⁊ peccata ſine vllo in
cõueniēte dicũtur eſſe in deo . ¶Ad. 4am patet
reſpōſio ex dictis in pmo notabili.argumẽtũ aũt
,pcedit ex duob⁹ falſe ſuppoſitis. Vnũ eſt ꝙ vel-
le diuinũ:ab eterno ſit creatio actio.i. actio q̄ ſit
creatio.hoc aũt falſum ē . nã licet velle diuinum
ab eterno fuerit actio dei:nõ tamē ab eterno fu-
it actio q̄ eſt creatio q̄m ad totũ qđ nomē crea-
tionis includit.ſicut enī de⁹ nõ fuit creator ab et
no:ita neq; actio ei⁹ ,ppie loquēdo fuit ab eter
no creatio:ꝫ tũc qñ creatura ,pducta eſt.qm̄ tũc
incepit reſpect⁹ rationis diuine actiõis ad crea-
turã. q̄ reſpect⁹ importat̄ p nomē creationis ,p-
ut dictũ fuit in pmo notabili.qui tñ nõ importa-
tur p actionē diuinaꝫ ẜm ſe. vñ ⁊ vbi aliqñ ſupra
diximus creationē actiuã eſſe in deo ab eterno:
ſtati adiũximus đterminationē hãc.ſ. q̄m ad pn
cipale ei⁹ ſignificatũ. nã ẜm totuꝫ qđ importat:
nõ ab eterno ſed ex tpe deo cõuenit. Scđm ſup-
poſitũ quod arguēs aſſumit eſt ꝙ nos dicamus
deũ ab eterno ,pducere: cũ tamē nichil ab eter-
no ,pductũ ſit.hoc aũt falſum ē ⁊ falſe nobis im-
põit ,put ex fine pmi notabilis patet. ¶Ad. 5am
dicit̄ pmo ꝙ maior ,ppoſitio non eſt vniuerſalit̄
vera ſicut patet in relatiuis tertij modi.reſpect⁹
enim ſciẽtie ⁊ ſcibilis: ſimul intelligũtur nec vnũ
poteſt intelligi ſine alio:⁊ tamen reſpectus ſcien
tie ad ſcibile: habet eſſe in rerum natura cum ſit
realis:nõ aũt reſpect⁹ ſcibilis ad ſciẽtiam cuꝫ ſit
tm̄ rationis . et idē eſt de relationib⁹ pñtis ad
pteritũ vel futurũ ⁊ ecõuerſo. Dicit̄ 2° ꝙ minor
argumẽti eſt falſa ſi vniuerſalit̄ accipiat̄ ,put eaꝫ
arguēs capit.nõ enī veritatē habet de actiõe im
manẽte ⁊ q̄ eſt ipſa agẽtis ſubſtãtia qualis eſt a-
ctio dei. Quomodo aũt actio inferat ex ſe paſſio
nē ⁊ quomodo non: dictum eſt in pmo notabili.
¶Ad. 6am qcqđ ſit de maiori ,ppoſitione nã nõ
eſt abſolute ⁊ vniuerſaliter vera: ⁊ tñ minor pro
poſitio ad ſenſum arguẽtis eſt falſa.nec eſt ſimile
de actione ignis aut alteri⁹ agẽtis naturalis. nã
huiuſmodi actiones nõ ſunt ſine motu aut mu-
tatione: cui⁹ rõne habẽt ꝙ ſint in paſſo ⁊ ſint ei⁹
pfectio.et de his intelligit̄ auctoritas phi ab ar-
guẽte inducta. actio aũt dei eſt ſine motu ⁊ mu-
tatione.et ideo nõ eſt formalit̄ in acto ſeu paſſo

nec eius ꝑfectio eſt: ſꝫ eſt in deo ⁊ ē eiꝰ ſbã. Et ac
cipit̃ iſta rñſio ex dictis. S. T. ꝯ gen. li. 2° ca° 16
¶ Ad. 7am patet reſpõſio ꝑ ea q̃ dicta ſunt in pri
mo notabili ⁊ in reſpõſione. ad. 4am ¶ Ad. 8am.
negat̃ minor. et ad eiꝰ ꝓbationē negat̃ ꝯña. nã
licet oꝑatio diuina executiua ꝓductionis rerum
fuerit ab eterno in deo: nõ tñ fuit executiua ꝓ ſē=
per: ſ; ꝓ tũc qñ res in eſſe ꝓdierũt. multũ eni re=
fert dicere aliquã potẽtiã ſemꝑ eſſe executiuã: ⁊
dicere illã eſſe executiuã pro ſemꝑ. quẽadmodũ
de catulo ante nouē dies dici põt ꝙ habet potē=
tiã viſiuã: ⁊ tñ nõ dr̃ ꝙ habeat potẽtiã viſiuã pro
tunc. ¶ Ad. 9am dr̃ ad maiorē ꝙ q̃uis in q̇buſdã
habeat veritatē: nõ tñ eſt vera in deo nec ĩ actio
nibus imanẽtibus. Et ď hoc dictũ eſt latiꝰ in reſ=
põſione ad p̓am. Ex q̇bꝰ patet reſpõſio ad. 10am.
¶ Ad. 11am cõcedit̃ aſſumptũ de actione executi
ua dei. ſꝫ ex illo nõ ſequit̃ ꝙ q̃diu ipa eſt: ponat̃
effectꝰ in actu. qꝛ nõ eſt executiua ꝓ ſemꝑ: ſ; pro
certa mẽſura durationis ꝓut dictũ eſt in reſpon
ſione ad. 8am. ¶ Ad. 12am dicit̃ ꝙ minor eſt falſa
licet eni velle diuinũ ſit actio manẽs in deo agē=
te ſicut in ſubiecto: nõ ideo nõ eſt trãſiẽs ⁊ ꝓdu=
ctiua. nã vt deductuꝫ fuit. li. p̓°. di. 27. q. p̓a in p̓°
notabili. differẽtia inter actionē imanentē ⁊ trã=
ſeuntē: nõ accipit̃ ex ꝑte ſubiecti: ſ; ex parte ter=
mini vl̓ obiecti circa qď eſt. illa eni dicit̃ actio trã
ſiens: q̃ habet aliq̇d factũ aut ꝓductũ vel q̊mo=
dolibet actũ ad qď terminat̃ ⁊ circa qď eſt. ima=
nẽs aũt actio eſt q̃ illud nõ habet nec aliũ finem
aut terminũ habet q̃ꝫ ſeipaꝫ. ⁊ hãc differẽtiã aſſig
nat phs. 9° methaphiſice. ¶ Ad. 13am negat̃ aſ=
ſumptũ. nõ eni iſti termini velle ⁊ facere ſibiĩui=
cē repugnãt ex rõnibꝰ formalibus. imo nõ ſolum
in deo: ſꝫ ⁊ in angelis aliqñ velle eſt facere. nõ. n.
angeli mouẽtes orbes: alia media actione int̃ ip
ſoꝝ velle ⁊ celos motos: illos mouẽt. ſꝫ eoꝝ mo
uere: ē intelligere ⁊ velle. vñ ⁊ mouere dicũtur ꝑ
impiũ ꝓut. S. Tho. dicit opuſculo. 11° in reſpon
ſis ad. 36. arti. ad lectorē venetuꝫ. Et ꝑ iſta pa=
tet reſpõſio ad. 14am q̃ ꝓcedit ex eodē falſo aſ=
ſumpto. ſ. ꝙ velle et facere ſint oppoſita ex termi
nis. falſum etiã eſt ꝙ volitio ſit oꝑatio de gene=
re qualitatis etiã qñ eſt actio imanens. Per hec
etiã patet rñſio ad. 15am nã ꝓcedit ex eodē falſo
fundamẽto. ſ. ꝙ velle aut imꝑare ⁊ exequi: diſtin
guant̃ formaliter ex terminis qď eſt falſuꝫ ſi vni
uerſaliter capiat̃. videt̃ aũt arguẽs decipi volẽs
iudicare de volitione diuina quẽadmodum ⁊ de
nr̃a ac ꝑ hoc ꝙ ſicut velle nr̃m nõ eſt ꝑ ſeipm̃ effi
cax ad aliquid in rē exteriorē agendum ſine alia
media actione elicita a potẽtia executiua que eſt
potencia volitiua: ita ⁊ velle diuinum non eſſet
efficax ad ꝓducẽdũ vel agẽdũ aliq̇d circa crea=
turas ſine alia actione media executiua q̃ ima=
ginatio falſa ⁊ rudis eſt ꝓut ex p̓mo notabili ma
nifeſtũ eſt. ¶ Ad argumẽta Gregorij cõtra ean=
dē ꝯcluſionē. Ad p̓mũ cõcedimꝰ maiorē capiẽdo
principiũ ⁊ diſtinctionē vniformiter. ita vt illud
qď eſt p̓ncipiũ realiter: ſit entitas diſtincta reali=
ter. et qď eſt p̓ncipiũ ſm̃ rõnem tm̃: ſit entitas di
ſtincta ſolũ ſꝫ rõnem. tũc ad minorē dicimus ꝙ
eſt vera loquẽdo de p̓ncipio ſm̃ rõnem tm̃. ē tñ
falſa capiẽdo p̓ncipiũ realit̃. nec valet ꝓbatio ꝓ
pter magnã diſſimilitudinē inter potẽtiã creati=
uã ad creationē q̃ nec eſt motus nec cuꝫ motu: ⁊
inter potẽtiã trãſmutatiuã ad trãſmutationeꝫ q̃
vel ſemꝑ eſt motus vel nõ ē ſine motu. Et accipi
tur iſta reſpõſio ex reſpõſione. S. Tho. ad ſimi=
le argumẽtũ ď põ dei. q. p̓a arti. p̓° ad p̓m. Et p̓°.
li. ſentẽtiaꝝ. di. 42. q. pa ar. p̓° ad. 14m. Et pri=
ma ꝑte. q. 25. ar. p̓° ad. 3m. ¶ Ad. 2m negat̃ mi=
nor loquẽdo de creatione q̃ꝫm ad p̓ncipale ſigni
ficatũ qď eſt ipſa actio dei. et ad dictũ Damaſce
ni reſpõdet̃ ꝙ accipit creationē nõ ſolũ ꝓ prin=
cipali ſignificato: ſꝫ ꝓut icludit reſpectũ ad crea
turas ex cõnotato. in qua acceptione creatio nõ
eſt coeterna deo. ¶ Ad argumẽta ꝯ. 2am ꝯcluſio
nē. Ad p̓mũ reſpõdet. S. Tho. in hac. di. l̓c. p̓ma
ar. 2° ad. 5m. Et p̓ma ꝑte. q. 45. arti. 3° ad. 2m.
Et de põ dei. q. 3a ar. 3° ad. 2m. ꝙ cũ creatio paſ
ſiua ſit q̃dã relatio in creatura ad deũ ⁊ nõ ſit ali
q̇d ſubſiſtẽs: nõ ꝓprie creat̃ ſicut neqꝫ ꝓprie eſt
creatura: ſꝫ cõcreat̃ ipſi rei ſubſiſtẽti. ⁊ ideo nõ a=
lia creatione ꝯcreat̃ q̃ꝫ ſeipa q̃ creatura ſubſiſtẽs
creat̃. qm̃ relatio nõ alia relatione reffert̃ q̃ꝫ ſeip
ſa. nec ē ſimile de angelo q̇ eſt res ſubſiſtẽs ⁊ ē ꝓ=
prie creatura: ⁊ ď eiꝰ creatione q̃ nec ꝓprie ē crea
tura nec eius ꝓp̓e eſt creatio. ꝓpt̃ qď ratio cogit
ꝙ angelus creet̃ creatione a ſe diſticta nõ autem
creatio. ⁊ ꝑ hec patet reſpõſio ad cõfirmationē.
¶ Ad. 2m dr̃ ꝙ maior ꝓpoſitio habet veritateꝫ
niſi qñ ad idẽtitatē numeralē talis rei facit de ꝑ
ſe certa ⁊ determinata mẽſura tp̄is vel duratio=
nis p̄terita: quã redire implicat ꝯdictionē q̃ po=
tentie diuine nõ ſubiacet. vñ qꝛ creatio ex forma
li rõne importat nouitatē eſſendi rei create: im=
plicat de ꝑ ſe p̓muꝫ ⁊ nouũ inſtans quo ipſa res
creata habuit eſſe: ac ꝑ hoc req̇ritur ad eiꝰ vni=
tatem numeralē ꝙ tũc p̓mo res incipiat eſſe: qñ
creatio in ea ſit ita ꝙ ante eſſe nõ habuerit. cum
autem re iã exiſtẽte nõ ſit poſſibile ꝙ de nouo ac
quirat illud idē eſſe q̊ dicitur p̄exiſtere: alias im=
plicaret ꝯdictoria: ſequit̃ ꝙ re prius creata iam

exiſtente: de⁹ nō pōt creationē eius anichilatā iterū eandez numero reparare in ipſa re creata. alias ſequeret̃ cōtradictoria eſſe vera. ſ. rem creatā p̄us exiſtere ante ſuā creationē ⁊ nō p̄us exiſtere. Accipit̃ reſpōſio iſta ex dictis. S. Tho. 4° q̄libet. ar. 5°. ¶ Ad. 3m. capim⁹ ſcd̄m mēbrū diuiſionis. ſ. ꝙ de⁹ nō pōt creare aliquā rē abſq; creatione ab illa re diſtīcta. et ad huius improbationē: negat̃ aſſumptū. imo creatio paſſiue dicta ē accidēs p ſe ⁊ nāliter ꝯñs rē creatā ⁊ ſine q̄ creari a deo nō pōt, put. S. Tho. expreſſe dicit. pa pte. q. 44. ar. p° ad. pm. Et de pō dei. q. 7. ar. 9. ad 5m. Et. 7° quolibet. ar. 10. ad. 4m. vñ falſum eſt aſſumptū arguētis ꝙ. ſ. deus pōt rem facere aut creare ſine quocūq; accidēte. et ad auctoritatez Auguſtini dr̃ ꝙ Auguſtin⁹ loquit̃ de qualitatib⁹ q̄ ſunt res abſolute nō de relationibus depēdentie que p ſe ⁊ nāliter conſequūt̃ effect⁹. ¶ Ad ea q̄. 3° loco arguit̃ ꝯ eandē ꝯcluſionē. Ad p̄mū patet reſpōſio ex r̄nſione ad p̄mū cōtra ſcdam ꝯcluſionē. idē eni dici debet de creatione creationis ⁊ de cōſeruatione cōſeruatiōis q2 vtraq; ē formaliter relatio. ¶ Ad. 2m reſpōdet̃ ſicut reſpondet S. T. ad ſimile argumētū de veritate. q. 27. ar. p̄mo ad. 3m ⁊ ad. 10m. ꝙ deus creat in nobis eſſe nāle p creationē nulla cauſa agēte mediāte: ſ3 tñ mediāte aliqua cauſa formali. ita in ꝓpoſito dicim⁹ ꝙ de⁹ ad cōſeruandū quācūq; rē: nullo alio indiget a ſe tanq; agēte: indiget tñ alio a ſe tāq; formali cauſa aut etiā materiali ſi res ſit materialis. ꝯſeruatio aūt cauſa formalis ē ꝙ res cōſeruetur: nō agēs. vñ argumētū nō eſt ad ꝓpoſitum. ¶ Ad. 3m dicitur falſum eē qd̄ arguēs ſcd̄o ſupponit. nā licet inceptio aut nouitas ipſius eſſe imaginis in ſpeculo ꝯſiderata inquātū implicat negationē exiſtētie imaginis: ante inſtās inceptionis habeat rōnem formalē generationis nō conſeruationis capiēdo cōſeruationē, put ſupponit preexiſtentiā rei cōſeruate: cōſiderando tamen ꝙ imago corpis in ſpeculo in p̄mo inſtāti ſui eſſe exiſtit ⁊ in eſſe manutenet̃: vere dicit̃ ꝙ imago in p̄mo inſtāti ſui eſſe ꝯſeruat̃ in ſpeculo. Vñ ſciendū ē ꝙ ꝯſeruatio paſſiue ſumpta: duo importat. vnū abſolutū. ſ. ipſius eſſe influxum ⁊ manutentionē paſſiuā. aliud implicat relatiuū. ſ. cōtinuationē ipſius eſſe rei p̄us exiſtētis. licet autem i p̄mo inſtāti ipſius eſſe rei non ſit conſeruatio prout dicit continuationem eſſe p̄exiſtente: ſ̄m quā rationem differt formaliter a creatione: eſt tamen in ipſo primo inſtanti conſeruatio q̄m ad ipſius eſſe manutentionem ⁊ influxum a deo. Vñ arguens videt̃ decipi i ſuo ꝓceſſu putās ꝙ creatio rei ⁊ eius conſeruatio intātum diſtant ab inuicē: ꝙ nullo modo ſe compatiantur ſimul in eodem ſubiecto quod falſum eſt: niſi eni in primo inſtanti creationis vel generationis rei res conſeruaretur a deo: in ipſo eodē inſtanti res deſineret eſſe iuxta ſentētiam Auguſtini. 4. ſup gene. ad lr̃am. et p ꝯñs in eodē inſtāti res ſimul eſſet ⁊ non eſſet. vñ argumētum eſt nullū cum ꝓcedat ex falſo ſuppoſito. ¶ Ad argumēta Scoti contra eandē cōcluſionē. Ad primū dicitur ꝙ minor eſt falſa. nam ſicut eſſe ⁊ fieri nō cōuenit vniformit creature: quia reb⁹ ſubſiſtētibus conuenit ꝓprie: reb⁹ aūt non ſubſiſtentib⁹ non cōuenit ꝓprie ⁊ per ſe ſ3 quia rebus ſubſiſtentibus inſunt: ita ⁊ relatio depēdentie ad deū q̄ conſequit̃ naturaliter ad eſſe ⁊ fieri rex: non ꝓprie conuenit niſi rebus ſubſiſtentibus. alijs autē īproprie ⁊ ex conſequenti. Relatio aūt dependentie creature ad deū non eſt res ſubſiſtens ſ3 eſt accidēs creature. ⁊ ideo ſicut nō ꝓprie fit aut eſt: ita nec proprie ⁊ ſ̄m ſe habet relationis dependētiā ad deum. ſicut nec ꝓprie eſt creatura: ſ3 aliquid creature concreatū. Unde. S. Tho. de pō dei. q. 3a. arti. 3° ad. 7m. dicit ꝙ relatio creationis eſt creata: nō principaliter ſ3 ſecundario ⁊ ſicut qd̄ concreatum: patet igit̃ ꝙ relatio dependētie creature ad deū que eſt creatio: non ꝓprie refertur ad deū: ſ3 vt ita loquar correfertur. i. ſimul cū creatura refertur ac p hoc nō alia relatione q̄ ſeipſa qua creatura refertur. ¶ Ad. 2m dicitur ꝙ auctoritas phi intelligitur non de q̄libet ſubſtantia p̄ſertim quantū ad prioritatem tēporis: ſ3 de ſubſtantia ſ̄m totum ſuū ambitū accepta, put. ſ. dr̃ de ſubſtantia creata ⁊ increata. eſt eni ſenſus cū dicit̃ ſubſtantia eſt p̄us tēpore accidēte: q2. ſ. nullum accidēs eſt ſeparabile a ſubſtātia. ſ3 aliq̄ ſubſtantia eſt ſeparabilis ab accidēte. ſ. ſubſtātia p̄ma q̄ eſt deus ſicut exponit. S. Tho. ſup eo loco in cōmento. Et magnus Albertus exponēs illō dictū phi ſic inq̄t. ſba enim in eo ꝙ ſba: duratione ⁊ tpe eſt ante omne accidens. ita ꝙ eſt etiā ante hoc accidēs quod eſt tempus quia de⁹ eſt ante omnia huiuſmodi eternitate ſimplici. vnde auctoritas phi nō eſt ad ꝓpoſitū. ¶ Ad. 3m dicitur primo ꝙ maior ꝓpoſitio nō eſt vniuerſaliter vera de omni modo idētitatis realis. qm̄ ex ſimultate vel inſeparabilitate aliquorū q̄m ad eſſe: aut etiam ex idētitate eſſe exiſtētie ipſorū: nō recte concludit̃ omnimoda eox idētitas realis q2 non quiditatiua et formalis: ſ3 idētitas preciſe ſ̄m ſubm. ex eo naq; ꝙ vnū non eſt ſine alio aut quia eorum eſt idem eſſe: nō ſequitur niſi ꝙ ſint

ponat effectum agentis imaterialis creati. nec ſequitur ſi materiale preſupponit effectum dei immediate in qđ agat. ergo agens immateriale qđ eſt ſuperius nichil ſupponit. ¶ 5° loco impugnat quandam aliam rationem que talis eſt in virtute. Nullum agens creatum eſt actus purus. ergo nec eius actio eſt actus purus ſed habẽs aliquid potẽtialitatis admixtũ ⁊ ſic ẽ cũ motu. ⁊c. illa inquit ratio nõ cõcludit. nã illa potẽtialitas que cõis eſt creature: ſiue intelligatur obiectiua reſpectu eẽ creabile: ſiue intelligatur ſubiectiua ad recipiendũ ſicut potẽtiale: vł ad inherendũ ſicut forma vel actus: non ſufficit ad inferendũ ꝙ actio eius ſit cum motu vel mutatione. ſed ꝙ actio illa ſi eſt immanens: habet potentialitatẽ illam predictam vel vtrãqꝫ. ſi etiã ſit tranſiẽs eo modo quo eſt in illo in quo tranſit vel in termino: habet potentialitatem alterã vel vtramqꝫ. quia nec propter hoc tantum eſt fluẽs ſicut motus vel raptim tranſiẽs ſicut mutatio. ¶ 6° loco impugnat quãdam aliã rationẽ que talis ẽ in virtute. Participãs aliquam naturam: nõ producit ſecundũ illã ſimile ſibi niſi applicãdo eam ad aliud ⁊c. iſta inquit ratio ſupponit aliqua falſa. Unũ eſt ꝙ non aliud ſit ꝓducere ſimile ſecundũ naturã: niſi applicare eam ad aliud. quod ideo ẽ quia neceſſe eſt illã naturam participari a ꝓducto. et ex hoc ꝙ participaꝛ ab eo: oportet aliqđ preſupponi cui applicetur. ex hoc enim ſequitur ꝙ deus nõ poſſet creare angelũ. Tum qꝛ angelus iſte participat eſſe. et per ꝯñs oportet pſupponere aliquid cui applicaretur eſſe. quod ẽ cõtra rationeꝫ creationis. Tũ quia vt declarat ꝓbatio maioris: per illud preſuppoſitum oportet productũ eſſe hoc. ſed angelus nõ poteſt eẽ hoc ſcđm eos ꝑ aliquid preſuppoſitũ. qꝛ per formam ſuã eſt hic. nõ ergo põt maior eſſe vera propter hoc ꝙ natura illa cõmunicãda participabitur a producto. Si ergo maior dicatur eſſe vera propter hoc ꝙ agẽs cõicans naturam participat eã hoc nõ poteſt eſſe ratio quia in ipſo agente non preſupponitur aliquid ipſi eſſe. tũc eni ipſũ ꝓducẽs nõ poſſet creari. igitur nõ oportet in illo qđ aſſimilaꝛ producẽti ẜm eſſe: aliqđ tale pſupponi. Preterea aut eẽ participaꝛ tãꝗ actus qđã aliꝰ ab eẽntia ⁊ poſterior: aut tãꝗ idẽ ipſi eẽntie ſiue primus actꝰ rei. Si pmo mõ: nõ ꝓbatur ꝓductũ nõ poſſe creari. qꝛ ⁊ ſi eſſe preſupponat aliqđ in q̃ recipiaꝛ: tñ eẽntia nihil pſupponit. et ita ꝗuis participãs eẽ nõ creetur ẜm eẽ: nõ ꝓbaꝛ qui poſſit creari ẜm eſſentiã q̃ preſupponiꝛ. Si ſcđo mõ: minꝰ hẽtur ꝓpoſitũ qui ipſe poſſit creari et ita a participãte ipm ſicut ab alio. qꝛ in iſtis inferioribus qđlibet indiuiduũ ꝑticipat naturã ſpẽi: ⁊ tñ illa põt eſſe in vno ſingulari ꝑus terminꝰ productiõis: et in alio ſingulari ꝑncipiũ ꝓducẽdi. Qđ autẽ ibi materia pſupponiꝛ: nõ eſt ꝓpter naturã participatã: ſꝫ qꝛ forma illa q̃ eſt pars nature participate: ẽ forma mãlis. hec Scotꝰ in for̃a. ¶ Cõtra eandẽ cõcluſionẽ arguũt quidã alij vt ponit Adã. 4° ſen. di. pª et p° arguũt ſic. Forma ſubſtãtialis ⁊ accñtalis producta in ſubiecto ab actiuo creato: prius naturaliter eſt aliqđ in ſe ꝗ aliquid inherẽs alteri. aliter ꝑ nullã potentiã poſſet ꝓduci in eẽ abſqꝫ hoc ꝙ inhereret. ꝯñs ẽ falſum ẜm fidẽ. igiꝛ de põ dei põt a creatura ꝓduci ad eẽ abſqꝫ hoc ꝙ ꝓduceret ad ĩherere. ¶ 2° ſic Aut ꝓductio rei eſt reſpectus diſtinctus a ꝓducto aut nõ. ſi ſic: igiꝛ põt nãliter poni poſitis fundamẽto ⁊ termino. ſꝫ ſublato receptiuo: adhuc habeꝛ terminus ⁊ fundamentũ. ſi aũt ſit res ipa producta: multo magis nõ videtur ꝙ requirat. ¶ 3°. Prior eſt depẽdẽtia forme ſubſtãtialis vł accñtalis cuiuſcũqꝫ abſolute ad agẽs: ꝗ ad receptiuũ. aliꝰ a nõ agẽte poſſet fieri ſine receptiuo. ergo poterit depẽdere ad agẽs nõ dpẽdẽdo ad ſubm. qꝛ ꝑus põt abſolui vel fieri ſine poſteriori ¶ 4° Agẽs nãle pt ď ſpẽbꝰ panis ⁊ vini i eucharistia gñare vel ꝓducere formã ſbãlẽ vinis ⁊ ita non educiꝛ de potentia materie. igitur naturale agens ibi creat. ¶ 5° Creatura põt anichilare. igitur creare. conſequentia cõmuniter conceditur. quia non maius eſt facere aliquid ex nichilo: ꝗ reducere aliquid in nichil. añs probaꝛ. Tũ quia in corruptione compoſiti: forma anichilaꝛ cũ nec in ſe nec in aliqua ſui ꝑte remaneat nec i actu nec in potentia naturali. quia aliter potentia illa eẽt fruſtra in nã: cum ꝑ naturã non poſſet reduci in actũ. Tum qꝛ ſi modicuꝫ frigus ſepatũ eẽt in maximo igne ⁊ calidiſſimo: nõ videꝛ quin ignis deſtrueret ipꝫ et ſic anichilaret quia poniꝛ ſepatum a ſubiecto. Tũ qꝛ peccator cũ mortaliter peccat: anichilat gr̃aꝫ vt videꝛ. ¶ 6° Queꝫ virtꝰ ẽ cõicabilis creaꝛe quã nõ opꝫ eẽ infinitam nã data quacũqꝫ põ finita: potentia alia proportionabilis ẽ poſſibilis creature. ſed aliqua virtꝰ creatiua põt eẽ finita. nõ enim oportet ꝙ ſit infinita. qꝛ aut hoc eẽt rõne termini ꝓducti. aut rõe modi ꝓducẽdi. aut rõe ꝓductiõis. aut rõe diſtãtie inꝛ terminũ a q̃ et teriꝫ ad quẽ. ẜ pmũ nõ ipedit nec exigit ĩfinitatẽ: qꝛ ois terius creatiõis ẽ finitꝰ. Nec ſcđꝫ cũ ois modꝰ creatiõis ſit finitꝰ cũ ſit aliqđ ex deũ. Nec tertiũ. qꝛ ipa creatio ẽ finita cũ ſit ipſamet creaꝛa. Nec q̃rtũ. qꝛ nulla ẽ ibi

diſtãtia nec poſitiua nec priuatiua. nec negatiua diſtantia ſi que ibi ſit: taxãda eſt niſi ſm̃ finitatẽ termini. nec aliq̃ eſt ibi reſiſtẽtia. igit̃ nõ apparet ratio cur potẽtia creãdi neceſſario debeat poni infinita. ¶ 7°. Certũ eſt ꝙ ſi materia req̃rit̃: omnino nullã tribuit actiuitatẽ in ꝓductione forme vel cõpoſiti de ea. igit̃ tota ꝓductiuitas ẽ a parte ꝑncipij actiui. et ſi hoc: nõ videt̃ eſſe ꝓpt̃ defectũ actiuitatis qui creatura ꝓducere poſſit non de materia. ¶ 8°. Omnis effectꝰ nõ adequans v̾tutẽ cauſe ſue: põt a minori v̾tute ꝓduci. quia ex quo nõ adequat v̾tutẽ cauſe: nõ videt̃ ꝙ tãtã v̾tutẽ requirat ſ; ꝙ minor ſufficiat. ſ; omnis v̾tꝰ minor infinita cõmunicari poſſibilis ẽ creata v̾tus vel creabilis. et infinitã v̾tutẽ diuinam nulla creatura adeq̃t. igit̃ ⁊c̃. ¶ 9°. Omne agẽs iſtrumẽtale plus põt vt eſt inſtrumẽtũ ſuꝑioris agentis: ꝙ̃ in v̾tute ſua vel ꝑ ſe. ſicut calor inquãtum eſt iſtrumẽtũ ignis: põt ꝓducere ignẽ qd̾ nõ poſſet ſm̃ ſe ex v̾tute ꝓpria. ſ; nõ eſt aliq̃ forma naturalis ꝓducibilis de põ materie in qua nõ poſſit actiuũ creatũ vel creabile v̾tute ꝓpria: ſuppoſita dei generali influẽtia. ergo aliq̃d vltra poterit vt inſtrumẽtũ dei. ſ; hoc nõ eſt niſi nõ p̃ſupponere materiã in agẽdo. igit̃ vt inſtrumẽtum dei: poterit agere nõ p̃ſupponẽdo materiã. ¶ 10. Or nulla apparet cõtradictio ꝙ deꝰ vellet aliq̃d eſſe actiue a creatura ſine paſſo. igit̃. ¶ 11°. Plus videtur eſſe attigere eſſentiã infinitã totã obiectiue vel cognitiue: ꝙ̃ attingere creaturã ſm̃ totam eiꝰ entitatẽ effectiue. ſ; ꝑmũ põt creatura aliq̃ ſibi ſuꝑaddito. igit̃ et ſcd̃m. ¶ 12° Nulla videtur repugnãtia ꝙ illud qd̾ v̾tualiter cõtinet ⁊ includit entitatẽ ꝑfectiorẽ: poſſit ꝯtinere imꝑfectiorẽ: vel ſaltem aliqd̾ ens citra deũ poſſet v̾tualiter ⁊ effectiue cõtinere imꝑfectiꝰ. ſed aliq̃ creatura v̾tualit̃ et effectiue cõtinet formã ſubſtãtialẽ. igit̃ aliq̃ põt cõtinere materiã q̃ eſt entitas minus ꝑfecta. ¶ 13°. Or nulla apparet ꝯtradictio q̃re angelus nõ poſſet ꝓducere angelũ eiuſdẽ ſpeciei ſicut ignis ignẽ. ſ; hoc faciẽdo crearet. ¶ 14°. Or tũc aliq̃ eſſent eiuſdẽ generis puta fides infuſa ⁊ ſcientia acquiſita ⁊ infuſa vel gr̃a ⁊ v̾tus acq̃ſita. ⁊ tñ vnũ eſſet in infinitũ difficilioris ꝓductionis vl̾ impoſſibilioris reſpectu creature ꝙ̃ aliud: qd̾ videt̃ incõueniẽs. igit̃ creatura põt creare fidem gr̃am ⁊ v̾tutẽ infuſam. ſ; nõ eſſet niſi creãdo. igitur. ¶ 15°. Or ſol põt creare lumẽ in medio. qd̾ ꝓbat̃ ſic. Ponat̃ ꝙ deus ſuppleat actionẽ ſolis in vna parte medij puta. a. ita ꝙ nõ agat niſi ſupplendo vicem ſolis. et creet deus propria virtute aliud lumen in alia parte medij que ſit. b. ⁊ eſſet ſolis lumẽ in tertia ꝑte medij que ſit. c. tunc ſic arguitur. Lumen in. b. eſt vere creatum. igitur lumen in. a. ſimiliter eſt vere creatum. ⁊ per conſequẽs lumen in. c. eſt vere creatum cum lumen in. a. ⁊ in. c. ſimili modo ſint producta per poſitu; ꝙ deus nõ cauſat lumẽ in. a. niſi p̃ciſe ſupplẽdo vicẽ ſolis. et ꝯñia ꝓbat̃. ſ. ꝙ ſi lumẽ in. b. ſit creatũ: igit̃ ⁊ lumẽ in. a. cũ illa duo lumina ſimili modo ꝑoia generant̃ ⁊ ſint eiuſdẽ ſpeciei. Aſſumptũ probat̃ q₂ deꝰ nõ alit̃ agit in. b. mediũ ꝙ̃ in. a. cũ ꝑ oĩa ſit idẽ agẽs ⁊ ꝓductũ omnino ſimile ſolo numero differẽs ⁊ omnis alia circũſtantia ꝯſimilis. igitur nõ alit̃ deus agit in. b. ꝙ̃ in. a. igit̃ creat lumẽ i. a. Si dicat̃ ꝙ ꝯñia non valet. q₂ et ſi ſint ſimilia per omnia eque in vna actione luminis ⁊ in alia: tamen deus facit lumen in. a. de. a. ſed lumen facit in. b. de nichilo ⁊ non de. b. Sed cõtra. facere lumen de. a. non eſt niſi facere lumen in. a. reſpectu cuius. a. habet potẽtiam naturalẽ. nõ eni; videtur aliud facere lumen de. a. ſ; ſic facit deus lumen de. b. quia. b. eſt in potẽtia naturali reſpectu luminis recepti. igitur ibi facit deus lumen de. b. ⁊ non de nichilo. ¶ 16°. Ignis agens in hoſtiam conſecratam creat calorem quia facit ibi calorẽ de nichilo. igit̃ creat. Aſſumptu; patet. q₂ ignis ibi facit calorem ſicut ſenſus docet. et ideo ibi nõ facit calorem de materia. quia ſi ſic: igitur d̾ quãtitate: vl̾ de qualitate. et ſi d̾ quãtitate: nũꝗ̃ poſſet ph̃s vel alius ꝓbare neceſſitatẽ materie: cum actio naturalis ſm̃ hoc ꝑficiatur eque in quantitate vel qualitate ſicut in materia ſi poneretur. ¶ 17°. Sit. a. vna forma ignis gen̄rata ab iſto igne demõſtrato in hac materia demõſtrata ⁊ poſtea corrumpat̃. tũc arguitur ſic. Iſte ignis d̾mõſtratus põt generare. a. formã. igitur poteſt creare. conſequentia patet. quia corruptum non poteſt redire idem numero per actionem naturalem vt patet per philoſophũ. Aſſumptum ꝓbatur. q₂ illa materia demonſtrata eſt eque in potẽtia naturali ad. a. ſicut ad aliam formã conſimilẽ futuram. igitur ille ignis ita natus eſt producere ⁊ generare. a. formã de tali materia ſicut. b. vl̾. c. Aſſumptum probatur. quia ſi deus recrearet. a. in illa materia: ipſa ſubſtentaret. a. et fieret totũ compoſitum naturale. igitur illa materia eẽt tũc propria potentia. a. forme vel ita bene ſicut quãdo producebatur naturaliter in illa. ¶ Contra ſecundam concluſionem arguit Scotus quadrupliciter. Primo ſic. quia ſi proceſſio filij ⁊ ſpiritꝰ ſancti ſit ratio ꝓceſſionis creaturarũ: ſeq̃t̃ ꝙ pat̃ nõ creat formaliter. nichil enim formaliter agit quod non eſt in actu ſm̃ illud qd̾ eſt proxima rõ

agẽdi.ſ3 paťnõ eſt formaliť in actu:ꝟbo nec ſpũ ſancto q̃ ſm te ſunt ꝓrima rõ creãdi: ſicut intellectio ⁊ volitio ſunt remote rões creãdi. igitur pater nõ creat formaliter ⁊ ꝓrime. Et ſi dicas ꝙ omnes creãt: q2 omnes habẽt vnũ verbũ in intellectu ſuo quo ꝟbo ꝑferť intellectio eſſentialis:licet illd ꝟbũ ſit a ſolo pr̃e dicẽte vice oium ⁊ oẽs hñt vnũ amorẽ in volũtate cõmuni: licet amor ſpireť a pr̃e ⁊ filio vice oium triũ. ℭCõtra illud arguiť ſic. Quero q̃modo pr̃ habet iſtã noticiã3 genitã. nõ formalr̃ ſm Auguſtinũ de tri.ca° 2°. ſ3 habet ſicut correlatiuũ ſicut ꝓducẽs hẽt ꝓductũ.ſ3 ſic:hñs nõ eſt formaliť eo qd̃ habeť. igitur nec formalr̃ agit iſta actione reſpectu cui⁹ illud qd̃ habeť eſt rõ formalis agẽdi. ℭ2° arguit ſic. Q2 ex hoc videť ſeq̃ ꝙ fili⁹ ⁊ ſpũs ſctũs nõ creẽt q2 cõmuniť rõ formalis nõ agit illa actiõe reſpectu cui⁹ dr̃ rõ formalis agẽdi. Et ſi dicať ꝙ filius creat ⁊ ſpũs ſctũs creat. Cõtra. neutra tñ ꝑſona videť ꝓrime creare: q2 neutra eſt in actu ꝑ aliã3 formalr̃. ⁊ omne agẽs ꝓrime ꝑ itellectũ ⁊ voluntatẽ:ẽ in actu tã noticia ꝗ̃ volitione neceſſarijs ad talẽ actũ. ℭ3°. Q2 tũc videť ꝙ vna perſona nõ ſufficeret ad ꝓductionẽ creaturaꝝ.ꝯñs ẽ contra Augu^m^.15.de tri.dicẽtẽ.iõ ꝟbũ hoc eſt ꝟitas: q2 q̃cq̃d eſt in ea ſciẽtia de q̃ natũ eſt: ⁊ in ipſo ẽ. qd̃ aũt in eo nõ eſt:nec in ipſa eſſe põt. vñ ex multis q̃ ibidẽ dicit ꝯcludiť ꝙ nihil eſt actuali⁹ in ꝟbo dei:ꝗ̃ intelligẽtia paterna. ℭ4°. Q2 ex hoc ſequiť ꝙ ꝟbũ diuinũ habet aliquẽ reſpectũ rationis ad creaturas quẽ nõ hẽt pr̃. et eodẽ modo ſequiť de ſpũ ſctõ. ſed hoc eſt falſum vt dicit ſe ꝓbaſſe.di.18.ꝑmi libri.hec Scotus in forma.

Quantu3 ad articulũ tertiũ ꝑmo notãdũ eſt ꝙ ad ꝓbãdã aliquã veritatem:doctores tã ph̃i ꝗ̃ theologi ꝯſueuerũt adducere nõ ſolũ rões demõſtratiuas ſ3 etiã ꝓbabiles ⁊ veriſſimiles. na3 etiã iſte iuuãt dũ oſtẽdũt multiplr̃ ꝯcluſionẽ quã probant: eẽ rõni ꝯſentaneã.nõ.n.eſt neceſſariũ ad omnẽ veritatẽ ꝓbãdã:rões demõſtratiuas aut efficaciť ꝓbantes inducere.nã neq̃3 ſemꝑ huiuſmodi ꝓbationes induci pñt. qm̃ vt ph̃s dicit quedã falſa ꝓbabiliora ſunt q̃buſdã veris. nõ ergo rões ꝓbabiles ad veritatis confirmationẽ: ſpernẽde ſunt.hinc ẽ ꝙ. S. Tho. ſepe in ſcriptis ſuis vtiť ꝓbabilib⁹ rõnibus ſimul cũ efficacibus ⁊ demõſtratiuis ad ꝓbandũ veritatẽ quã ꝑtendit. vñ in caſſũ laborãt q̃ ſuis argumẽtationibus nõnullas. S. Doctoris rões non efficaces aut nõ neceſſario ꝯcludẽtes ꝓbare conãť.nam neq̃3 S. Tho. illas tanq̃3 demõſtratiuas aut efficaces oino inducit: neq̃3 ipe rões viſue ꝓbabilitatis amittũt:ſi nõ neceſſarias aut nõ efficaces q̃s eas ꝓbet.nã ſemꝑ remanẽt infra limites ꝓbabilium rationũ queãdmodũ iducunť. In ꝓpoſito autẽ nr̃o. S. Tho. plures rões adducit ad ꝓbandũ ꝙ potẽtia creãdi actiue nõ ſit cõmunicabilis creature. quaſdã efficaciť ꝯcludẽtes: alias vero tãq̃3 ꝓbabiles ⁊ philoſophie ac theologie veritatib⁹ cõſentaneas. Et licet huiuſcemodi rões aliq̃s patianť inſtãtias ita vt nõ videãtur efficaciť ꝓbare intẽtũ:nichil depit doctrine. S. Tho. qui ſicut dictũ eſt nõ eas adducit tanq̃3 efficaciť ⁊ neceſſario ꝯcludẽtes:ſ3 vt ꝓbabiles. Uerũtamen q̃cq̃d ſit de illaꝝ efficacia:obiectiones tñ ⁊ iſtantie facte a q̃buſdã doctorib⁹ in hac mã cõtra rões. S. T. omnes q̃s ego videri:ſolubiles ſunt ⁊ vt plurimũ ſophiſtice ꝑut i rñſionib⁹ apparebit.

ℭSecundo Notãdũ eſt ꝙ ad ꝓbandũ ꝙ nulli creature potẽtia creãdi actiue cõmunicabilis ẽ. S. T. ꝓcedit ex duplici fundamẽto ꝑncipaliť. Unũ eſt ꝙ eſſe exiſtẽtie reꝝ: eſt ꝓprius effectus dei non alicui⁹ agẽtis creati. Aliud fundamẽtu3 eſt ꝙ ex nichilo aliq̃d facere:eſt ꝟtutis infinite. ita ꝙ nulla ꝟtus finita ad id ſe põt extẽdere nec ꝓpa virtute nec ꝟtute ſibi ab aliquo cõmunicata. Ex ꝑmo fundamẽto. S. Tho. ſic argumẽtať ꝑut colligi põt ex dictis ei⁹ i plurib⁹ locis. Et ꝓſerti. p^a^ p. q.45.ar.5.in.c. Et de põ dei.q.3.ar.4°.eſſe ſolius dei eſt ꝓpus effect⁹. ſ3 creatio ꝑſe ⁊ directe ordinať ⁊ terminať ad eſſe vel ad rẽ q̃ creať rõne eſſe. ergo creatio ſoli⁹ dei ẽ ꝓpria actio. Pro declaratione maioris ꝓpoſitionis notãdu3 ẽ ꝙ ꝟba. S. T. q̃b⁹ i pleriſq̃3 locis doctrine ſue dicit ꝙ eẽ ẽ ꝓpri⁹ effect⁹ ꝑme cauſe.ſ. dei nõ ſecũdarũ cauſaꝝ aut alicui⁹ agẽtl creati:aut ꝙ eſſe ẽ a deo imediate:duplicẽ hñt itellectũ veꝝ. Un⁹ ẽ ꝙ ip3 eſſe ſm totã ſui capacitatẽ ⁊ vt dicit totã pfectionẽ eẽndi:ẽ ꝓpri⁹ ⁊ adeq̃t⁹ effect⁹ dei. Dr̃ aũt effect⁹ ꝓpus ⁊ adeq̃t⁹ alicui⁹ cauſe: q̃ nec excedit ei⁹ ꝟtutẽ cauſatiuã nec ab ea excediť. eẽ aũt ſm totã ſui capacitatẽ ⁊ pfectionẽ: nõ excedit ꝟtutẽ di cauſatiuã q̃ ſe extẽdit ad oẽ q̃modolib3 eẽ ſiue actuale ſiue põle ſiue reale ſiue rõnis ſiue abſolutũ ſiue relatiuũ ſiue poſitiuũ ſiue ꝑuatiuũ ſiue q̃litercũq̃3 dicať eẽ. Neq̃3 etiã a ꝟtute dei cãtiua excediť. eo ꝙ cãlitas di nõ ſe extẽdit termiatiue niſi ad eſſe vel ad id quod qualitercunq̃3 habet eſſe quia non ens aut nõ eſſe ſimpliciter: non poteſt terminare dei virtutem cauſatiuam. ſequitur

igitur ꝙ eſſe ſm totam ſui capacitatem ꝛ pfectio
nem ſit ꝓprius ꝛ adequatus effectus ſolius dei.
vnde tota cauſalitatis virtus cauſarum ſecun=
darum non poteſt ſe extendere ad totam ipſius
eſſe perfectionem alias extenderet ſe ad ipaꝛuz
eſſe. et ita aliqͩ eſſet cauſa ſui ipſius qꝺ ē impoſ=
ſibile. Et rurſus. nulla ſcꝺa cauſa aut agens crea
tū pōt aliqͩ agere niſi aliq̄ ente ꝛ aliquo eſſe p̄=
ſuppoſito. qꝛ ex nichilo: naturaliter nichil fit ſm
cōmune dictū phorum. Illud aūt qꝺ neceſſario
preſupponit ad alicuiꝰ cauſe vel agētis actionez
nō pōt p eiꝰ actionē cauſari ꝛ p ꝯñs nec pōt eſſe
eius ꝓpriꝰ effectꝰ: ſʒ p̄ſupponit vt effectus cauſe
ſupioris. Eſt ergo vnꝰ intellectꝰ verus in dictis
ꝟbis. S. Tho. ꝙ eſſe ſumptū ſm totā ſui ampli=
tudinē ꝛ capacitatē: eſt ꝓprius effectus dei: non
alicuiꝰ agētis creati. ¶ Alius intellectꝰ in p̄miſ=
ſis verbis. S. T. eſt verꝰ qꝛ. ſ. nulla cauſa ſecūda
p ꝓpriaʒ ꝟtutē ꝛ p ſe ac directe pōt ſe extendere
ad cauſandū tanꝙ̄ ꝓpriū effectū: eſſe exiſtentie
creature. de quo eſſe. S. T. loqͭur. Probat hoc.
qm̄ vt deductū fuit ex dictis. S. Tho. in ſcꝺo no
tabili articuli p̄cedentis. ois cā ꝛ omne agēs agit
ſm exigētiā forme q̄ eſt p̄ncipiū actionis. princi=
piū aūt motꝰ ꝛ opationis in agētibꝰ creatis: eſt
forma vel nā ꝓut habet ex 2° phiſicorum. vnde
actio cuiuſlibet agētis creati: terminat p ſe ꝛ di=
recte ad ꝓducēdū effectū ſibi ſimilē ſm formam
vel naturā. nā omne agens agit ſibi ſimile. ꝓpꝰs
igitur effectꝰ cuiuſlibet agētis creati: eſt aliqͩ ſi=
bi ſimile ſm formā vel nām. vñ ignis eſt ꝓprius
effectus ignis ꝛ homo hois ꝛ leo leonis ꝛ albuz
albi. Ex qͥbus ſequit ꝙ eſſe ſimplr qꝺ eſt eſſe exñ
tie: nō eſt ꝓprius effectus alicuiꝰ agentis creati:
nā nec in eo effectꝰ ſibi aſſimilat cū eſſe cuiuſlibʒ
rei ſit ei ꝓpriū ꝛ diſtinctū ab eſſe alterius. prout
S. Tho. docet de pō dei. q. 7ª ar. 3° in. c. nec eiꝰ
actio ad eſſe ſimplr p ſe terminat: ſʒ ad eſſe hoc
vel illud ſm determinatā naturā q̄ eſt p̄ncipium
actionis: ſicut ad eē hoiem vl ad eē lignū vel ad
eſſe albū aut muſicū. et hoc expreſſe dicit. S. T.
ꝯ gen. li. 2° ca° 21. huiuſmodi aūt eē nō eſt pro=
prie eē exñtie ſʒ eſſe qͩditatiuū: qꝺ ſignificat per
diffinitionē. ſʒ qꝺ phs dicit ꝙ diffinitio ē oratio
ſignificās quid ē eſſe rei: vt cū dr hō eſt aīal rōna
le. vñ ꝛ p hoc eē: reſpōdet ad q̄ſtionē qͩ ē: eē aūt
exñtie ſignificat ſimplr. i. ſine determinatiōe: vt
cū dr hō eſt. p qꝺ rñdet ad q̄ſtionē an eſt. et iterū
huiuſmodi eē exñtie cuiuſlibet nature: eſt eſſe ac
cidētale. eſſe aūt hoc vel illud ad qꝺ terminatur
actio agētis creati p ꝟtutē forme aut nature ſue
q̄ eſt p̄ncipiū agēdi: eſt eē ſbale ſi forma vel natu
ra ſit ſubſtātialis: ꝛ generalit eſt eē eſſentiale aut
qͩditatiuū. Verū eſt tñ ꝙ agēs creatū cauſando
p ꝓpriā ꝟtutē huiuſcemodi eē determinatū aut
ſpecificū vt eſſe hominē vl eē equuz p hoc ꝙ ē cā
introductionis forme in mām vel in ſbm: cauſat
ex cōſequēti in re genita vel ꝓducta p modū cu
iuſdā emanationis nō p ſuā ꝟtutē ſʒ p ꝟtutez ſi=
bi cōmunicatā a p̄mo agēte. ſ. a deo: eē exiſtentie
quo res dr exiſtere in reꝝ nā. ad hoc eni eſſe: vir
tus ꝓpria agētis creati ſe extēdere nō pōt etiaʒ
cū generali dei influentia qua in omne agēs in=
fluit ſine ſpetiali virtute et motione agētis p̄mi
ſ. dei cuius eſſe exiſtētie eſt ꝓprius effectus ꝓut
ex ſupradictis patet. Neqꝫ etiā principia rei eſſē
tialia ad illud cauſandū ſufficiūt ꝓut. S. Tho.
expreſſe dicit p̄ma pte. q. 3ª ar. 4° in. c. qꝛ nulla
res ſufficit ꝙ ſit ſibi cā eſſendi ſi ſit res creata. vñ
reſpectu huiuſcemodi eſſe exiſtētie: agēs creatū
magis ſe habet vt cā inſtrumētalis in compara=
tione ad p̄ncipale agēs qꝺ deꝰ eſt: ꝙ̄ reſpectu eē
qͩditatiui qꝺ nō eſt eē ſimpliciter: ſʒ eſſe hoc vel
illud vt eē hominē vel eſſe caprā. Et rō eſt. quia
huiuſmodi eē qͩditatiuū: eſt ꝓprius effectus agē
tis creati nō excedēs virtutē forme vel nature q̄
eſt ſibi p̄ncipiū actionis. vñ ſi approp̄ate loq̄ vo=
lumus: dicemꝰ ꝙ agēs creatū habet ſe vt cā ſecū
da in cauſando eſſe ſubſtātiale ꝛ qͩditatiuum qꝺ
eſt eſſe hoc vel illud vt eſſe equū vel leonē. eo ꝙ
ad huiuſmodi effectū: ꝟtus forme vel nature q̄
eſt p̄ncipiū actionis ſm ſe ordinat: p̄ſuppoſita a=
ctione ꝛ influentia dei generali. Ad eē vero ſim=
pliciter ſumptū qꝺ eſt eſſe exiſtētie: agēs creatuʒ
ſe habet nō ſolum vt cauſa ſecunda: ſʒ vt inſtru=
mētum dei. eo ꝙ forma vel natura agētis creati
que ē p̄ncipiū actionis: ad huiuſmodi effectuʒ ſe
nō pōt extēdere ꝓpria ꝟtute: ſʒ illū attingit per
motionē ꝛ influētiaʒ ſpecialē primi agētis. ſ. dei.
queadmodū dolabrū aut cultellus p actionē ſuā
ſ. inciſionē ꝛ p ꝟtutē ꝓpriā ſui accuminis: nō eſſʒ
ſufficiēs ad cauſandū in ligno formā ſtatue her=
culis: niſi artifex mouēdo dolabrū aut cultelluʒ:
ſibi cōmunicaret ꝟtutē artis ſtatuifice qua ad ef=
fectū ſtatue poſſet ptingere. Verūtamē qꝛ hu=
iuſcemodi effectū agēs creatū p ꝓpriā actionez
attingit ex cōſequēti. ſ. introducēdo formā i ma=
teriā in idēptitate ſpecifica: ſicut ꝛ inſtrumētum
attingit effectū principalis agētis p ſuam actio=
nē licet nō ꝓpria ꝟtute: ideo eſſe exiſtētie in re=
bus generatis: nām ſapit ipſius agētis creati. ex
quo fit vt eſſe plāte: a plāta generāte recipiat de
terminationē et ſit viuere. et eē animalis ſit vi=
uere ꝛ ſentire. et eſſe hominis ſit viuere ſentire ꝛ

intelligere. Et hinc eſt dictū illud phi. 2° li° de
aīa. viuere viuentibus ē eſſe. et pari rōne ſentire
ſentiētibꝰ eſt eſſe. ⁊ intelligere itelligentibꝰ. Eſt
igitˀ ſecūdus intellectꝰ in pmiſſis v̄bis. S. Tho.
verus. vt intelligamꝰ ꝙ eſſe ſimplr̄ ſumptū. i. eē
exiſtētie: nō eſt ꝑ ſe ⁊ directe effectꝰ ꝓprius alicuꝰ
agētis creati cū ad illū ꝓpria virtute nō ſe extē-
dat: ſ; motiōe ⁊ virtute p̄mi agētis dei cuiꝰ ſoliꝰ
eſt ꝑ ſe ꝓprius effectꝰ. ¶ Ad huiꝰ aūt intellectꝰ
plenioꝛē expoſitionē: cōſiderandum eſt ꝙ eē exi
ſtentie: vel eſt forme ſubſiſtētis ſicut ē eſſe ſubſtā
tie ſepate: vel eſt eē rei cōpoſite ex mā et forma.
nā eſſe nō eſt ꝓprie loquēdo niſi eiꝰ qđ ſubſiſtit
ſicut nec fieri. eē aūt forme ſubſiſtētis: nō fit per
motū vel ꝑ mutationē ſicut nec ipa forma ſubſi-
ſtens: ſ; eſt ꝑ creatiōem q̄ eſt actio ſoli deo ꝓpa.
ergo nō eſt effectus agētis creati quod ſine mo-
tu vel mutatiōe nihil cauſat. Eſſe igitˀ forme ſub
ſiſtētis ſolius dei eſt ꝓprius effectus: eſſe vero cō
poſiti ſi ſit eſſe rei cuius materia non eſt in potē-
tia niſi ad vnā formam ſicut corpus celeſte: non
fit niſi per creationem ſicut ⁊ ipſa res. huiuſmōi
enī compoſita a ſolo deo creata ſunt iter prima
ꝓducta. Si vero ſit eſſe rei compoſite ex mate-
ria q̄ eſt in pō ad plures formas: nō eſt totaliter
a forma ipſa ſicut neq; cōpoſitum cuius proprie
et principalr̄ eſt eſſe. ſ; eſt ſicut a cā intrinſeca ab
vtroq; ſimul: a forma. ſ. ⁊ materia q̄uis pricipa-
lius ſit a forma. vñ ⁊ ipm eē ex vniōe forme cum
materia emanat. cū autē materia nō fiat ꝑ agēs
creatū ſ; ab eo neceſſario p̄ſupponatˀ in oī actiōe
et motu: ſequitˀ ꝙ eē exiſtētie rei cōpoſite in quā-
tū emanat ⁊ cauſatˀ a materia: non ſit ab agente
creato ꝓpria virtute. Et hanc rōnem pretēdit.
S. Tho. in hac. di. lec. pa arti. 4° in. c. inquit enī
nullius rei totū eſſe ab aliqua creatura p̄ncipiū
ſumit: cu; materia a deo ſolū ſit. hec ille. Itē ar.
3° dicit ꝙ ſicut dicitur ī libro de cauſis eē eſt per
creationē et in compoſitis precipue illud eſſe qđ
eſt prime partis ſcilicet materie. Ad hūc etiā in-
tellectu; ꝑtinet qđ dicitˀ decima ſexta ꝓpoſitiōe
libri de cauſis. ꝙ eſſe eſt ꝑ creatiōem: vita aute;
eſt ꝑ informationem. hoc autem ſic intelligēdu;
eſt iuxta expoſitionē. S. Tho. in commēto. q2 ei
vita ſeu viuere ē quedam determinatio ipius eē
preſupponit eē. nō enim eſt viuere ſine eſſe: ideo
viuere dr̄ cauſari per informationē. qm̄ id quod
ſe h; ad aliud vt determinatiuū: h; ſe ad illud ꝑ
modū forme cuius eſt determinare. eē aūt q2 ni
chil preſupponit tanq̄ primus actus ⁊ prima ꝑ-
fectio: dr̄ cauſari ꝑ creatione; eo ꝙ creatio ſit ex
nullo preſuppoſito. Aduertēdum tñ ꝙ predicta
propoſitio libri de cauſis nō eſt ſic intelligenda
quaſi in vna et eadem re vt in plāta: eē ſit a deo
realr̄ per creatiōem ⁊ nullo mō a ſecūdis cauſis.
et viuere ſit realr̄ a ſecūdis cauſis ꝑ informatio-
nē. Nā cū in eodē ſuppoſito viuere et eē ſint vna
et eadē res ſimplex: nō eſt poſſibile ꝙ viuere ſit
realr̄ ꝓductum ab aliqua cā a qua nō ſit produ-
ctū ipm eſſe. q2 actus ſimplex: diuidi realr̄ nō po
teſt neq; duplici reali ꝓductiōe ꝓducitur. eſt er
go ꝓpoſitio illa intelligenda ꝑ quandā intelle-
ctus adaptationē. q2 enī eſſe creature viuentis
qđ eſt viuere: nō ſolū eſt eſſe: ſed eſt eē quoddā
et determinatū per naturā viuētis ſpecificā. na;
nō pōt dari ens in rerū nā quin ad ſpecialē mo-
dū determinetur. ad quā determinationē con-
fert agens creatū per ꝓpriam virtutē mō ſupra
poſito. ad ipm vero eſſe ſm ſui ſubſtantiā vt ita
loquar. i. ſm ꝙ ſimplr̄ eſt eſſe: agēs creatū nō cō
fert per ꝓpriam virtutē. ideo intellectus diſtin-
cte cōſiderans ip; eē ſimplr̄ captū ⁊ ipius deter-
minatiōem quā importat viuere: attribuit ipi eē
creatiōem: viuere aūt attribuit informationem
ꝓpter rationē ſupra tactā: itaq; huiuſcemōi di-
uerſitas nō eſt in ꝓductiōe reali ipius eē ⁊ ipſius
viuere in eodē ſuppoſito: cū vna ⁊ eadē ꝓductio
realis ſit vtriuſq;: ſicut ⁊ ipſa idē realiter ſunt in
vno ſuppoſito vt in viuente. ſ; diuerſitas illa eſt
per intellectū adaptantē proprios effectus pro
prijs cauſis ⁊ actionibus ſm ꝓprias ⁊ formales
vtrorūq; rōnes hñs fundamentū in diuerſitate
reali ipius eſſe ⁊ viuere in diuerſis ſuppoſitis. na;
ex tali diuerſitate reali: intellectus conſurgit ad
cōcipiendum diuerſas eoꝝ rōnes formales etiā
qñ ſunt idē ſuppoſito. item etiā fundamētum h;
in ipius viuere capacitate. ex eo. ſ. ꝙ includit ip-
ſum eē et determinationē eſſendi. Dicimꝰ ergo
ꝙ agēs primū cauſat totū eſſe creature ⁊ totalitˀ
q2 nō ſolum eſt cā ipius eē: ſ; ⁊ cuiuſl; eiꝰ determi
natiōis. ſ; q2 ipm eē inquātū eſt eē: cauſat ꝑ ſolā
ſuam virtutem: ideo eſſe ſm ſe ⁊ ſimplr̄ ſumptū
eſt ꝓprius effectus ſolius dei. q2 vero determia
tionē ipius eē quam ex formali rōne iportat vi-
uere: deꝰ cauſat mediāte virtute nāli agētis crea
ti: iō viuere nō dr̄ propriꝰ effectꝰ ſoliꝰ dei ſ; etiā
agētis creati. totū igitˀ qđ iportatˀ ꝑ viuere. i. to-
tū eē rei viuētis cū ſit actꝰ ſimplex nō partibilis
realr̄: eſt effectus ꝓprius agētis creati. ⁊ tñ non
totalr̄ cū nō cauſet illud ſm ꝙ a materia depen-
det: ſ; illđ ſupponit. et ꝑ ꝯñs non ſm ꝙ eſt ſimplr̄
eē qđ depēdet a mā ⁊ a forma in rebꝰ cōpoſitis.
ſ; ſm ꝙ eſt tale eē. ſ. viuere qđ dicit determinatū
modum eſſendi a natura viuentis cui aduenit.

Neqꝫ eſt inconueniens ꝙ diſtincta ꝑdicata realia.i. quoꝝ vtrũqꝫ eſt reale lꝫ non ſint diſtincta realr̃: cõueniant vni ⁊ eidẽ rei ſcdm aliam ⁊ aliã rõnẽ: qñ in re ipſa eſt reale fundamentũ vtriuſqꝫ queãdmodum vnũ ⁊ idẽ ens eſt realr̃ appetibile inquãtũ bonũ: et nõ eſt realr̃ appetibile inquãtũ ens. ⁊ eſt realr̃ exiſtẽs inquãtum ens: ⁊ non ẽ realr̃ exiſtens inquãtũ bonũ. et hoc eſt gñale in oĩbus q̃ ſunt idẽ ſuppoſito ⁊ diſtinguunt̃ ſm rõnes formales. Pꝫ igitur ex ſuꝑioribus ꝙ verba S. Tho. in ꝑncipio huius nõbilis inducta ꝓ primo fundamẽto ad ꝓbandũ primã cõcluſionem quibus dicit ꝙ eſſe ſoliꝰ dei eſt ꝓprius effectus: veriſſima ſunt in duplici ſenſu ſupra deducto.

¶ Aduertendũ tñ ꝙ ex verbis ꝑmiſſis nõ trahit̃ efficax rõ ⁊ neceſſario cõcludẽs ad probandam cõcluſionẽ in ſcdo ſenſu illoꝝ: ſꝫ bene in ꝑmo ſenſu. Nam lꝫ ex verbis illis inductis ꝓ primo fundamẽto ꝓbari poſſit ꝙ creatio actiua nõ conueniat alicui creature ꝑ propriã virtutẽ: non tamẽ ex illis ꝓbari põt ꝙ nõ ſit cõicabilis creature tã-

instrumẽto q̃ ~~inſtr̃ali~~ cũ ei cõicetur ꝓductio ipſius eſſe tanq̃ agẽti inſtr̃ali vt ex ſupradictis pꝫ. Dicimꝰ itaqꝫ ꝙ prima cõcluſio quãtũ ad vtrãqꝫ ſui ꝑtem probat̃ rõne efficaciter cõcludente ex ꝑmiſſis vͣbis S. Tho. ſupra inductis ꝓ primo fundamẽto intellectis ſꝫ primũ ſenſum. Verũtñ ex ipſis eiſdẽ verbis itellectis in ſcdo ſenſu: ſola ꝑma pars cõcluſiõis efficaciter ꝓbat̃. ¶ Minor aũt ꝓpoſitio argumẽtatiõis ſupra poſite in ꝑncipio huiꝰ nõbilis pꝫ ex quinta ꝓpoſitiõe libri de cauſis. vbi expreſſe dicit̃ ꝙ eſſe eſt ꝑma rõ et primus terminꝰ creatiõis rerũ. Probat̃ preterea ex dictis Dyoniſij. 5° ca° de diuinis nominibus. vbi deducit ꝙ primũ qđ participat̃ a creaturis eſt ipſũ eſſe et ẽ dignius ceteris ꝑfectionibus: vñ ⁊ ad eas ſe hꝫ ſicut participatũ a ꝑticipante. primo nãqꝫ intelligit̃ aliq̃d ens q̃ꝫ viuũ aut ſapiẽs vel aliq̃d aliud. et ipſa vita eſt quoddã eſſe. vñ ⁊ eſſe cõparat̃ ad alias ꝑfectiões creature vt ꝑfectio et actus eaꝝ. nõ eñ vt ibi Dyoniſius ꝓbat: vita aut ſapientia vel q̃cunqꝫ alia ꝑfectio creature intelligit̃ i actu: niſi participet eẽ. et ex hoc vt ibi notat. S. Tho. cõcludit ꝓpoſitum ſuũ ꝙ.ſ. deus ꝑncipalius pre alijs noĩbus laudat̃ ex ipõ eſſe quaſi ex digniore donoꝝ ſuoꝝ inducẽs illud exodi tertio q̇ eſt: miſit me ad vos. vñ. S. Tho. pª ꝑ.q. 4ª arti. p° ad 3m eẽ inquit ẽ perfectiſſimũ oĩum. cõparat̃ ei ad oĩa vt actꝰ. nichil eni hꝫ actualitatẽ niſi inquãtũ eſt ⁊c. Qualiter aũt iuxta auctoritates ꝑmiſſas creatio ꝓprie ⁊ per ſe reſpiciat eẽ ⁊ ad eẽ terminet̃: declarat. S. Tho. opuſculo. 37° de q̃ttuor oppoſitꝭ ca° 4° inq̇t ei ꝙ eẽ diuerſimode ſe hꝫ ad creatiõem et ad gñatiõem. eſſe eñ eſt ꝑma rerũ creatarũ ſꝫ auctorẽ libri de cãis. nõ ꝙ creatio ſit vt in ſubiecto in ipſo eſſe: cum creatio paſſiua ſit accñs cuiꝰ eſt habere ſubm: ſꝫ vt in ſubiecto ẽ in ipſa creatura. et tñ creatio terminat reſpectũ per ſe ad ipm eſſe rei create et ad rẽ per ipm eſſe. eo ꝙ eſſe diuinũ proprie eſt rõ creandi. qꝛ per creationẽ oẽs res cõiter accedũt ad participandum eẽ quantũ eis ẽ poſſibile. nõ aũt ad participandũ nãm diuinã. In gñatione vero nõ ducit̃ gñatum ad ꝑticipandũ eſſe gñantis: ſꝫ ad participãdũ nãm eius. aliter cũ eſſe ſit ſuppoſiti in tali nã: foret participatio in ſuppoſito. et ſic ſortes generaret ſortem qđ nõ ſic eſt. nã ſuppoſitũ nõ hꝫ niſi vnum eſſe incõicabile. hõ aũt gñat hoiem. eo ꝙ nã manet vna ſm rõnem nature in gñante ⁊ genito. deus vͦ nõ creat deũ ens tñ creat ens. deꝰ eni nomẽ nãe eſt ſic hõ. ens aũt dr̃ ab eẽ. et ideo relatio creature ad deũ fundat̃ ſuꝑ eſſe creature vñ ꝓprie actio creature ad rem terminat̃. nã cõpoſitũ eſt qđ gñatur ſm phm. 7° metha. ad ipm aũt eſſe: ex ꝯñti eo ꝙ eſſe ſit ꝯpoſiti. actio vͦ dei qua ꝓducit totã rẽ ſimul cõſtitutam ex ſuis ꝑncipijs: ad ipm eſſe terminat̃ qđ eſt intimũ ⁊ maxime formale in re. ¶ Ex ſcdo fundamẽto Sanctꝰ Doctor ſic argumẽtat̃. Facere ſeu ꝓducere aliquid ex nichilo: exigit neccĩo in agẽte potẽtiam et virtutẽ infinitam. ſꝫ nulla creatura hꝫ potentiã aut virtutẽ infinitã. ergo nulla creatura põt ex nichilo aliquid facere. vñ cũ creare ꝓprie acceptum ſit ex nichilo aliq̃d facere: ſequit̃ ꝙ nulli creature poſſibile ſit creare. Minor ꝓpõ ab oĩbus cõiter cõceditur. Ad ꝓbationẽ maioris. S. Tho. ſupponit ꝙ int̃ ens ⁊ nõ ens ẽ diſtãtia ĩfinita. ex q̇ infert ꝙ i agẽte aliq̃d ex nichilo: req̇rit̃ vͣtus ſeu põ infinita. nã ĩfinita diſtãtia attigi ⁊ abſolui nõ põt niſi a virtute infinita. Pro declaratiõe eius qđ ſupponit̃.ſ. ꝙ inter ens ⁊ nõ ens ſimpliciter ſũpta eſt diſtãtia infinita: aduertẽdũ eſt prout. S. Tho. inq̇t de põ dei. q. 10. ar. p° in. c. ꝙ nomẽ diſtantie ꝑmo impoſitũ eſt diſtãtie locali. diſtãtia aũt localis cũ ſit int̃ loca vel vbi: iportat quoddã int̃medium locoꝝ vt magnitudinẽ ſeu viã a quo. et ipſa loca adinuicẽ capiũt elõgatiõeꝫ et motꝰ localis q̇ fit ſupra hmõi intermediũ accipit q̃ntitatẽ. nã vt phs dicit. 4° phy. q̃nta eſt via: tãtus ẽ motꝰ. vñ diſtãtia localis ſm ꝓpriaꝫ ſignificationẽ: iportat duo.ſ. mediã viã ſeu magnitudinẽ int̃ duo loca vel vbi: et elõgationẽ ab inuicẽ ipoꝝ locoꝝ. Et qꝛ noĩa ⁊ vͣba ab ea re cui ꝑmũ ipoſita ſunt: trãſferunt̃ ad alias res ꝓpter

aliquã ſimilitudinẽ ad illam: iõ nomẽ diſtãtie ex vſu loquẽtiũ trãſlatũ ẽ ad oĩa illa iter que cadit aliqđ mediũ vel ab inuicẽ quocũqꝫ mõ elongari dicũt. Nã aliqñ trãſſumit ꝓpt ſimilitudinẽ in toto qđ noĩe diſtãtie localis dictuꝫ eſt iplicari. quẽadmodũ ẽ int oĩa oppoſita: ꝯdictoriis ſimplr dictis exceptis: ⁊ iter terios cuiuſlꝫ motꝰ ⁊ mutatiõis ꝓprie ſũpte. Aliqñ ꝓpter alterũ tm̃. ſ. ꝓpt elõgatiõem terminoꝝ. quẽadmodũ eſt int pure ꝯdictoria ⁊ inter termios ſimplicis emanationis vel ꝓductiõis q̃ nõ eſt motꝰ aut mutatio. ẜꝫ hoc dicimꝰ ꝙ diſtãtia quã. S. Tho. dicit eẽ inter ens ⁊ nõ ens vel nichil: ẽ dicta ẜm ꝙ nomẽ diſtãtie trãſſumit ꝓpt ſimilitudinẽ in elõgatiõe terminoꝝ: nõ ꝓpt aliqđ intermediũ qđ ſit iter ens et nõ ens. vñ pª ꝑ. q. 45. ar. 2° ſic obiicit. 4° loco. Infinitã diſtãtiã nõ eſt ꝑtrãſire. ẜ infinita diſtãtia ẽ inter ens ⁊ nichil. ergo nõ cõtingit de nichilo aliqđ fieri. ſeqtur rñſio. Ad. 4ᵐ dicendũ ꝙ obiectio illa ꝓcedit ex falſa imaginatiõe ac ſi aliqđ infinitũ mediũ ſit iter nichilũ et ens qđ pꝫ eẽ falſũ. procedit aũt falſa hec imaginatio ex eo ꝙ creatio ſignificat vt q̃dã mutatio iter duos termios exiſtẽs. hec ille. Elõgatio aũt aliquoꝝ ab inuicẽ: duplr capit poſitiue. ſ. et ꝑuatiue vl negatiue. poſitiue q̃dẽ: qñ eſt aliqđ reale poſitiuũ ẜm qđ attẽditur elõgatio. priuatiue aũt vel negatiue: qñ elõgatio nõ attẽdit ẜm aliqđ poſitiuũ ſed dr ꝑ negatiõem approximatiõis vl ꝓpinq̃tatis et eſt ſimile qđ phs dicit ꝙ vniuerſale ẽ vbiqꝫ. nõ eñ intelligit poſitiue. q2 vniuerſale nõ eſt corpꝰ aut quãtũ cui debet eẽ in loco: ẜ eſt dictũ ꝑ negatiõeꝫ q2. ſ. nõ determinat ſibi locũ. Et q2 ꝓpinq̃tas vel approximatio pt attẽdi ẜm qualꝫ formã ſiue trãſcẽdentẽ ſiue ꝑdicamẽtalẽ genericaꝫ aut ſpecificã vel numeralẽ: ideo elongatio negatiue ſũpta: attẽditur ẜm negatiõem approximatiõis ſeu ꝓpinquitatis vel cõueniẽtie in quacũqꝫ forma vel entitate. Et iſto ſecũdo mõ. ſ. negatiue ſumit elongatio ſcđm quã diſtãtia trãſſumitur a Sctõ Doctore iter ens et nõ ens. vñ cũ dicit int ens ⁊ nõ ens eẽ infinitã diſtantiã: ſenſus eſt ꝙ inter ens ⁊ nõ ens nulla oĩno eſt ꝓportio ⁊ cõmẽſuratio vel approximatio aut quouis mõ cõueniẽtia. huiuſcemõi aũt diſtãtia ea rõne dr ĩfinita q2 excedit oẽm finitã diſtantiã datã ⁊ poſſibileꝫ dari int ens ⁊ ens creatũ. hmõi aũt exceſſus debet accipi negatiue ſicꝫ et ipa diſtãtia ĩfinita. ſ. in nõ approximari vel nõ ꝓportionari et nõ cõmẽſurari aut nõ ꝯuenire. dato eñi quocũqꝫ mõ quo ens ⁊ ens creatũ ſint nõ approximata vel nõ ꝓportionata aut iter ſe nõ cõueniẽtia: eſt dare int ens ⁊ nõ ens multo plꝛes modos q̃bus dicantur nõ approximata vel nõ ꝓportionata vel nõ conueniẽtia. et ẽ iſte modus infiniti ſimilis mõ quo phi dicũt eẽ dandũ infinitũ in numeris. ea rõne q2 dato quocũqꝫ numero: ſemꝑ eſt accipe maiorẽ. Et ꝙ iſte intellectꝰ de ĩfinita diſtãtia iter ens et nõ ens fuerit de mẽte. S. Tho. pꝫ ex dictꝭ eiꝰ prima ꝑ. q. 45. arti. 5° ad. 3ᵐ vbi ſic ait. ſi eñi tãto maior virtꝰ requirit in agẽte quãto põ eſt magis remota ab actu: opꝫ ꝙ virtus agẽtis ex nulla preſuppoſita põ quale agẽs eſt creans: ſit infinita. q2 nulla ꝓportio eſt nulliꝰ potẽtie ad aliquã potentiã quam ꝑſupponit virtus agẽtis naturalis ſicut nõ entis ad ens ⁊c̃. ecce ꝙ exponit infinitatẽ diſtãtie nõ entis ad ens: negatiue. ſ. ꝑ nullã eſſe ꝓportionẽ inter ea. Et ꝑ ſupradicta põt haberi concordantia in dictis. S. Tho. vbi dicit ꝙ inter ens ⁊ nõ ens ẽ infinita diſtantia: ⁊ vbi dicit ꝙ nõ eſt infinita. nã primũ debet ĩtelligi ẜm ꝙ diſtãtia capitur negatiue: ſcđm aũt ẜm ꝙ diſtãtia noĩat vel preſupponit aliqđ poſitiuum mõ ſupra expoſito. vñ et in. 4° ſen. vbi dicit ſecundũ dicit et pᵐ. ¶ Põt haberi etiam alius intellectus de mẽte. S. Tho. eius qđ dr ꝙ inter ens ⁊ non ens vel nichil eſt diſtãtia infinita: ĩtelligẽdo diſtãtiã nõ entis ad ens: nõ ẜꝫ ſe abſolute: ſꝫ in reſpectu ad agẽs. q2 eñi agens qđ ex nõ ente ſimplr vl ex nichilo ꝓducit ens: excedit in infinitũ virtute ac perfectiõe oẽ agens qđ producere non põt ens niſi ex ente ꝑſuppoſito: ac ꝑ hoc ab eo diſtat in infinitũ: ideo dr eſſe diſtãtia infinita iter ens ⁊ nõ ens. vt nõ ſit aliud diſtantiã eſſe infinitã nõ entꝭ ad ens: q̃ꝫ virtutẽ agentis infinitã exigere ex nõ ente facere ens. Et ꝙ iſte itellectꝰ ſit đ mẽte. S. Tho. pꝫ diligenter cõſideranti vᷓba eius vltimo allegata. Et ea q̃ dicit de põ dei. q. 3. ar. 4° in 5ª rõne. Itẽ cõtra gen. liº 2° caº. 20. in. 4ª rõne. Exigit aũt infinita põ ſeu virtꝰ ad ꝓducenduꝫ aliquid ex nõ ente ſimplr: nõ propt ſubam facti qđ finitũ eſt: ẜ ꝓpt modũ fiendi q2. ſ. fit ex nichilo ꝓut. S. Tho. nõt pª ꝑte. q. 45. ar. 5° ad. 3ᵐ. Itaqꝫ ens creatũ qđ in ſui nã eſt finitũ: hꝫ in ſuo fieri quandã infinitatem dũ fit ex nichilo.

¶ Tertio Notandũ eſt ꝓpt argumẽta Durandi. ꝙ cuꝫ dr inter ens ⁊ nõ ens eẽ infinitaꝫ diſtantiã: ens ⁊ nõ ens accipiunt ſimplr quãtũ ad totũ ſui ãbitũ: nõ pro ente et nõ ente determinato. nã inter ens aliqđ determinatũ vt lapidẽ: et nõ ens ſibi oppoſitũ. ſ. nõ lapidẽ: nõ eſt ĩfinita diſtãtia: eo ꝙ maior dari põt. ſicut eſt diſtãtia iter ſubam ⁊ nõ ſubam: ⁊ inter corpus ⁊ nõ corpus: ⁊ inter deũ et creaturã.

Ex q̄bus inferimus ꝙ nõ eſt maioꝛ diſtãtia entis
ad nõ ens qđ implicat ꝯdictiõem: q̄ꝫ entis ad nõ
ens qđ eſt termin⁹ creatiõis imo minoꝛ: contra
Durandũ q̄ oppoſitũ ſupponit. Probat̃ hoc. qꝛ
nõ ens qđ eſt terius creatiõis: eſt pure et ſimplr̃
nichil nullã hñs cõuenientiã vel ꝓportiõem ad
ens. ꝓpt̃ qđ int̃ huiuſcemõi nõ ens ⁊ ens ſimplr̃
qđ ē terius creatiõis: dr̃ eẽ ifinita diſtãtia, put ſu
pꝛa expoſitũ eſt. nõ ens ṽo qđ implicat ꝯdictio=
nẽ: nõ eſt pure ⁊ ſimplr̃ nichil cũ includat ẽt ens
vel eẽ. nõ enĩ implicat ꝯdictionẽ aliq̄d nõ eẽ aut
nõ ens p̃ciſe. ſ; aliq̄d eſſe ⁊ nõ eſſe: vel ens ⁊ non
ens ſimul. Qđ aũt ille iducit ad ꝓbandũ ſuum
ꝓpoſitũ qꝛ. ſ. ex nõ ente qđ implicat ꝯdictioneꝫ
nichil fieri põt: ex nõ ente aũt qđ eſt terius crea=
tiõis aliq̄d fit: nõ iõ eſt qꝛ magis repugnet enti
⁊ magis diſtet ab eo nõ ens qđ implicat ꝯdictio
nẽ q̄ꝫ nõ ens qđ eſt terius creatiõis: ſꝫ qꝛ nõ ens
qđ implicat ꝯdictionẽ nõ põt hẽre rõnem termi
ni a quo vel in quẽ eo ꝙ ſimul includit ẽt ens. et
per ꝯñs includit duo ꝯdictoꝛia q̄ ſimul poſita ſe
inuicẽ deſtruũt. vñ ꝙ ex nõ ente qđ implicat ꝯdi
ctionẽ nõ põt fieri ens: nõ ideo eſt qꝛ plurimum
diſtat ab ente: imo magis qꝛ ꝯiũgit̃ enti. nã ens
et ens ſimul coniũcta: faciũt ꝯdictionẽ: quã nõ fa
ciunt ſi ponant̃ a ſe inuicem diſtantia.

Quarto Notandũ eſt prout. S.
Tho. docet p° li° ſen. di.
14. q. pª ar. p° in. c. et diſ. 27. q. 2. ar. 3° ad. 5m.
Et magis apte. pª p. q. 45. ar. 6° ꝙ diuine pſone
ſm rõnem ſue ꝓceſſionis hñt cauſalitatẽ reſpe=
ctu creatiõis rerũ. de⁹ em̃ eſt cã rerũ p ſuũ intel=
lectũ ⁊ voluntatẽ. ſic artifex rerũ artificiatarum
artifex aũt p verbũ in intellectu conceptũ ⁊ per
amoꝛẽ ſue volũtatis ad aliq̄d relatum: opera=
tur. vñ ⁊ deus pr̃ operatus eſt creaturam p ſuuꝫ
verbũ quod eſt filius: et p ſuum amoꝛem qui eſt
ſpũs ſanctus. et ſcđm hoc ꝓceſſiones perſonaꝝ
ſunt rationes pꝛoductionis creaturarũ inquãtũ
includũt eẽntialia attributa q̄ ſunt ſcientia ⁊ vo
luntas. hec. S. Tho. loco allegato pꝛima parte.
et bñ notãda ſunt vltima ṽba dũ dicit inquãtuꝫ
includũt eẽntialia attributa q̄ ſunt ſciẽtia ⁊ vo=
luntas. non em̃ pꝛoceſſiones pſonarum ſunt rõ
ꝓductionis creaturarum ſ; id quod in eis ẽ no=
tionale. i. inquantum impoꝛtant relationẽ oꝛigi
nis perſone ꝓcedentis ad perſonam a qua ꝓce
dit. nam ſic cauſalitas ꝓductionis creaturarum
eſſet quid notionale et non eẽt cõis tribus pſo=
nis quod eſt falſum ⁊ contra eius determinatio
nẽ in eodem articulo. Sed pꝛoceſſiones perſo=
narum ſunt rationes pꝛoductionis creaturarũ:
ſcđm ꝙ impoꝛtant quedã eſſentialia attributa.
ſicut ꝓceſſio verbi impoꝛtat notitiã. artẽ. ſapien
tiam ⁊ ſimilia q̄ pertinent ad intellectum et per
quandam ſimilitudinẽ ⁊ adaptationem appꝛo=
pꝛiantur filio in diuinis: ea ratione quia ꝓcedit
per modum intellectus. Et ſimiliter ꝓceſſio ſpi
ritus ſancti inquantũ eſt p modũ voluntatis: i=
poꝛtat q̄dam eſſentialia attributa ſicut amoꝛeꝫ
bonitatem ⁊ ſimilia q̄ pertinent ad voluntatem
et appꝛopꝛiant̃ perſone ſpũs ſcti que pꝛocedit
in diuinis p modum volũtatis. Et licet huiuſce
modi attributa eſſentialia ſint tribus pſonis cõ=
munia: qꝛ tñ ꝓpter rõnem dictam appꝛopꝛiãtur
perſonis ꝓcedentibus: ꝓpter modũ ſuarũ pꝛo=
ceſſionũ quia. ſ. ꝓcedunt per modum intellect⁹
et volũtatis: ideo ꝓceſſiones pſonarũ dicuntur
eſſe rõ pꝛoductiõis creaturarũ. ꝓducũtur enim
creature a deo per artem ⁊ ſapientiam et amo=
rẽ ac bonitatẽ, put dicunt̃ eſſentialiter. itaq; ꝓ=
ceſſiões diuinarũ perſonarũ inquãtũ includunt
pꝛedicta eſſentialia attributa nõ abſolute ſꝫ vt
appꝛopꝛiant̃ perſonis ꝓcedentibus: dicuntur eẽ
rõ pꝛoductiõis creaturarũ. Vñ huiuſcemodi at
tributa q̄ ſunt vt p̃ncipia ꝓxima ꝓductiõis crea
turarũ: duplr̃ cõſiderant̃ quãtũ ptinet ad ꝓpoſi
tũ. Uno mõ inquãtũ ſunt idẽ re om̃ino qđ eſſen
tia diuina. ⁊ ſm hãc cõſiderationẽ rõ ꝓductiõis
creaturarũ eſt cõis tribus pſonis. Alio mõ conſi
derant̃ ip̃a attributa inquãtũ appꝛopꝛiant̃ pſo=
nis ꝓcedẽtib⁹ rõne ſuaꝝ ꝓceſſionũ qꝛ. ſ. ꝓcedũt
p modũ intellect⁹ et volũtatis ad que pertinẽt
huiuſcemodi attributa: et ſub iſta ꝯſideratiõe rõ
ꝓductiõis creaturarum depẽdet quodam ſpãli
mõ. ſ. p appꝛopꝛiationẽ ex rõne pꝛoceſſionũ diui
narũ pſonaꝝ. ac p hoc i filio ⁊ ſpũ ſctõ eſt p appꝛo
pꝛiationẽ: ſpãlis mod⁹ cãlitatis reſpectu creatu
rarũ q̄ nõ eſt i pr̃e. ſ. ſub rõne p̃ncipij foꝛmalis p
qđ creature ꝓducunt̃ in eẽ inquãtũ. ſ. ars ⁊ ſapiã
ac bonitas ⁊ amoꝛ q̄b⁹ creature ꝓducunt̃ a deo
in eẽ: appꝛopꝛiant̃ filio ⁊ ſpũi ſctõ. Aduertenduꝫ
tñ ꝙ ẽt ſi fili⁹ ⁊ ſpũs ſctũs pſonalr̃ capiant̃: dice=
re poſſum⁹ ꝙ ſunt rõ ꝓductiõis creaturaꝝ iquã
tũ. ſ. fili⁹ eſt ṽbũ pr̃is: p qđ vt dr̃ Jo. p° oĩa facta
ſunt tãq; p rõnem oĩm rep̃ſentatiuã ⁊ opatiuam
et inquãtũ ſpũs ſctũs ẽ amoꝛ pr̃is ⁊ filij quo ſe ⁊
oĩa diligũt et in oẽs res ſuã bonitatẽ diffundũt.
et ſm moduꝫ iſtũ loquẽdi filius et ſpũs ſanctus
nõ ſunt ratio ꝓductionis creaturarum ex parte
pꝛincipij ꝓducentis ſed ex pte creaturarũ ꝓdu=
ctarũ. vt ſit ſenſus ꝙ rõ qua creature ꝓducũtur
a deo: ſunt filius et ſpũs ſctũs inquantũ pꝛopꝛie
ſunt verbũ et amoꝛ in diuinis. nõ ꝙ filius ſit pr̃is

aut ſpũs ſctũs pr̃i ⁊ filio: rõ ꝓducẽdi creaturas.
nã ſicut pater non eſt ſapiens ſapĩa genita: neq̃
eſt amãs amore ꝓducto tãq̃ rõne formali ſapiẽ
di ⁊ amãdi: ita neq̃ ſapĩa genita neq̃ amore ꝓ=
cedente creaturas ꝓducit tãq̃ rõne formali.

QUantuʒ ad ar=
ticulũ. $4^{m}$ rñdẽdũ eſt obiectio=
nibꝰ aduerſarioꝝ. Et q̇dem ad
primũ Durãdi cõtra p̄mã cõclu
ſionẽ q̇cq̇d ſit de nõnullis ꝓpo=
ſitiõibus quas aſſumit in lõgo ſuo ꝓceſſu: dr̃ tñ
ad formã argumẽti quam ille vltimo ponit. Ad
maiorẽ ꝙ non eſt vniuerſaliter v̾a ſic iacet. nã lʒ
effectꝰ ꝓductus nõ arguat ƀm ſe. i. quãtũ ad ſuã
ſubam: infinitatẽ virtutis ꝓductiue: põt ipã ar
guere ex mõ fiendi. queãdmodũ eſt in ꝓpoſito
nr̃o ꝑut dictũ fuit ex dictis. S. Tho. in. $2^{o}$ nõbi
li. iſte eni modus fiẽdi. ſ. ex nichilo ſimpl̃r: arguit
infinitatẽ virtutis ꝓductiue: q̃uis effectꝰ ƀm ſe
ſit finitus. ¶ Ad. $2^{m}$ dr̃ $p^{o}$ ad aſſumptũ ꝙ lʒ ens
et nihil nõ habeant iter ſe diſtantiã ꝓprie loquẽ
do: tñ inter ꝓductiõem entis ex nichilo ⁊ produ
ctionẽ entis ex ente p̃ſuppoſito: eſt diſtãtia infini
ta. ac ꝑ hoc iter ꝓducens aliq̇d ex nichilo ⁊ pro=
ducens aliq̇d ex ente p̃ſuppoſito ẽ diſtãtia infini
ta. q̃ in aliquo ipoꝝ arguit virtutẽ ꝓductiuã infi
nitã. ſʒ nõ in ſcõo. ergo in $p^{o}$ qꝺ eſt ꝓducens ali=
quid ex nichilo. Dr̃ ſcõo ꝙ ens ⁊ nichil nõ hñt in
ter ſe diſtantiã poſitiuã tñ hñt inter ſe diſtantiaʒ
infinitã negatiue mõ ſupra expoſito in ſcõo nõ=
bili. Exempla aũt q̃ arguẽs adducit: ꝓcedũt de
diſtãtia poſitiue accepta ⁊ iõ nõ ſunt ad ꝓpoſitũ
¶ Ad. $3^{m}$ pʒ reſpõſio ꝑ ea que dicta ſunt in ter=
tio nõbili. ¶ Ad. $4^{m}$ dr̃ $p^{o}$ ꝙ argumentũ magis
eſt ad oppoſitũ arguẽtis q̃ ad eius ꝓpoſitũ. qm̃
albedo et nigredo ſi eſſent a ſubiecto ſeparate:
multo plus abinuicẽ diſtarẽt q̃ exñtes in ſubie=
ctis. nã in ſubiectis cõueniũt in ſubiecto ſaltẽ re=
moto. ſ. in corpore. et albedo in ſubiecto ſimul ẽ
cum põ ad nigredinẽ et ecõtra. ſi aũt ponerẽtur
ſeꝑate: in neutro conuenirent. imo ⁊ quodã mõ
diſtarẽt in infinitũ. q2 eſſent forme quodam mõ
infinite ex eo ꝙ nõ eẽnt recepte in aliq̊ ſubo per
qꝺ limitarent̃. Nã vt. S. Tho. dicit. $3^{o}$ $li^{o}$ di. 13.
q. $p^{a}$ arti. $2^{o}$ ſub arti. $2^{o}$ in his que mole magna
non ſunt: non eſt accipere finitũ ⁊ infinitũ ſcðm
dimẽſiuam quãtitatẽ: ſ3 ſcðm aliquid quod eſt li
mitatũ ⁊ nõ limitatũ. vñ ⁊ ibi exemplificat. ſi ca=
lor eſſet ꝑ ſe exñs. i. ſeparatus a ſubiecto: habe=
ret quẽdam modũ infinitatis: ſicut et forme vni
uerſales intellecte dicunt̃ quodã mõ infinite. et

ƀʒ hoc ꝯcludit̃ ex argumẽtatiõe ꝙ excluſo oi ſub
iecto: ens ⁊ nichil debeãt diſtare in infinitũ quẽ
admodũ albedo ⁊ nigredo ſi eẽnt ſeꝑate. Dr̃ ſe
cũdo ad maiorẽ ꝙ lʒ poſitio vel ablatio ſubiecti
nõ augeat vel minuat ſubam terminoruʒ: auget
tñ vel minuit modũ fiẽdi ⁊ eſſendi ipoꝝ. vñ albe
do ⁊ nigredo nõ requirũt potentiã infinitã quã
tũ ad ſui ſubam: neq̃ ad hoc ꝙ fiãt et habeãt eẽ
in ſubiectis: ſ3 exigũt potentiã infinitã ad hoc ꝙ
fiãt et hẽant eẽ ſeparate a ſubiectis. Et pari mõ
dicimus in ꝓpoſito ꝙ q̃uis in creatione: ſba ter
minoꝝ nõ arguat infinitatẽ virtutis in creante:
arguit tñ illã modus fiẽdi. ſ. ex nichilo ſimpl̃r ali
quid facere. ¶ Ad rõnẽ ꝯtra ſcðʒ fundamẽtũ dr̃
$p^{o}$ ad maiorẽ ꝙ lʒ nõ ſit minus poſſibile deo vnũ
q̃ aliud: ꝯſiderando tñ illa ƀm ſe: maius eſt ꝓdu
cere accñs ſine ſubo: q̃ illud cõſeruare ſine ſubo
poſtq̃ productuʒ eſt in ſubo. Tũ q2 in ſcðo caſu
ſubm cooꝑatur ad ꝯſeruandũ accñs quantũ ad
hoc ꝙ eẽ cũ quo maneret et ꝯſeruaret̃ accñs ſe=
paratuʒ: fuit acq̇ſitũ cãlitate ſubi. nã ex pricipijs
ſubi emanat eſſe ẽt oim accñtium. in $p^{o}$ aũt caſu
ſubm nichil cooꝑaret̃: cum ꝓductio accñtis eſſet
per ſolã dei potẽtiam. qm̃ agẽs nãle nõ hʒ v̾tu=
tẽ producẽdi accñs niſi in ſubiecto ⁊ ꝓductione
ſubiecti ſi ſit accñs connãle. nã accñtis nõ eſt ꝑ ſe
fieri aut ꝓduci: ſʒ confieri ⁊ cõproduci ꝑut phs
dicit. $7^{o}$ metha. Dr̃ ſecũdo ꝙ quãtum ẽ ex vi ar
gumẽti: nõ aliud cõcludit̃ niſi ꝙ eſt poſſibile deo
ſeꝑare accñs a ſubo dum ꝓducit̃ ab agẽte natu=
rali p̃ueniendo. ſ. actiõis nãlis cõſumatiõem: ſic
ſeꝑare accñs a ſubo poſtq̃ ꝓductũ eſt. ſʒ ex hoc
arguẽs nichil hʒ ꝯ nos. Qꝺ aũt ipe addit i cõclu
ſiõe. ſ. ab agẽte nãli cooꝑante tñ deo ⁊c̃. nõ ſeq̇t̃
ex p̃miſſis imo magis cõtrariũ. vñ argumẽtatio
eſt nulla. ¶ Ad inſtãtias ꝯ rõnes. S. Tho. quas
inducit ad ꝓbãdũ p̄mã cõcluſionẽ. Ad p̄mã vſq̃
ad illã ꝑtem q̃ dicit nouit ſe ꝓbare: pʒ ſolutio ex
rñſiõe ad $p^{m}$ ⁊. $2^{m}$ Ad inſtantiã v̾o quã nouit̃ in
ducit: dr̃ $p^{o}$ ꝙ ꝓcedit ꝺ diſtãtia poſitiua. nos ãt
nõ ponimꝰ int̃ ens ⁊ nõ ens diſtãtiã poſitiuã ſed
negatiuã ꝑut dictũ fuit in ſcðo nõbili. ideo nõ ẽ
ad ꝓpoſitũ. dr̃ ſcðo ꝙ q2 arguẽs videt̃ ſe gl̃iari
q̃ſi obſeruãs ꝓprietatẽ locutiõis cũ dicit. int̃ ens
et nõ ens nullã eẽ diſtãtiã: q2 nullũ ẽ mediũ vbi
nõ ſunt duo extrema: iõ ſuſtineat rep̄hendi de i=
ꝓp̄a locutiõe cũ dicit. ens creatũ excedere ñ ens
vl̃ nichil finite nõ in infinitũ. q2 purũ nõ ens: ex
cedi non põt ab ente nec finite nec ĩfinite. nã ex
ceſſus iportat tm̃dẽ et ãplius. cũ ergo in nichilo
nõ ſit accipe tm̃ vel tm̃: q2 in nichilo nichil ẽ: nõ
poterit ꝓp̄e dici ꝙ nichil vel nõ ens excedit̃ ab

ente nec finite nec īfinite. dicimꝰ tñ ad illud in ꝙ fū
dat̃ eiꝰ argumētatio ꝙ ens creatū qd̕ eſt terius
creatiōis lz ſit finitū quātū ad ſui ſubaꝫ: hꝫ tñ qn
dā infinitatē in mō fiendi inquātū fit ex nichilo
rōne cuiꝰ exigit neccīo virtutē infinitā in creāte.
et qꝛ huiuſcemōi infinitatē ens qd̕ ē terius crea=
tiōis hꝫ per cōpatiōnē ad nō ens vel nichil ex
quo fit: vere dici pt̃ ꝙ int̃ ens ⁊ nō ens eſt diſtā=
tia infinita mō ſupra expoſito in ſcd̕o nobili. Ad
illa q̄ arguēs dicit de maiori vel minori diſtātia
int̃ ꝯdictoria: pꝫ qd dicēdū ſit ex t̃tio nobili. Ve
rūtñ falſū īponit. S. doctori ꝙ dicat iter qd̕cūqꝫ
ens et nichil ſibi corñdens eē tantā diſtantiā ꝙ
nō poſſit dari maior. hoc autē ip̄e nuſq̄ꝫ ſcripſit.
immo fere vbicūqꝫ dicit eē infinitā diſtātiā inter
ens ⁊ nō ens: addit ſimplr̃ ne intelligat̃ de non
ente determiato. ¶ Ad inſtātiā cōtra ſcd̕am rō=
nē. S. Tho. dr̃ ꝙ iſta rō nō inducit̃ a. S. doctore
vt efficaciter ⁊ demōſtratiue ꝓbans: ſʒ vt ꝓbabi
liter ꝯcludēs. qꝛ ei oē agēs agit ſibi ſimile: videt̃
ſatis ꝓbabiliter dictū ꝙ eo mō quo factū agitur
etiā ip̄m faciēs agat. vñ qꝛ in creatione totū ens
ꝓducit̃: videt̃ ſequi ꝙ agēs creās ſe toto illud ꝓ=
ducat. et qꝛ vnūqd̕qꝫ agit ſm ꝙ eſt actu: ſequit̃
ꝙ agēs qd̕ ſe toto agit: ſit ſe toto in actu ⁊ ꝑ ꝯñs
ꝙ ſit actus purus. Et ꝓcedit iſta argumentatio
quēadmodum argumētat̃ ph̄s. 7° metha. ꝙ for
ma ſine mā que ſe tota agit: nō pōt eē cā ꝓxima
gñatiōis. ſm quā nō ꝓducit̃ totū rei gñate. ſ. mā
et forma: ſʒ ſola forma educitur de pō materie.
Verūtñ lz iſta rō nō ꝓbet intentū efficaciter de
oī creatura: ꝓbat tñ efficaciter de creatura cor=
porali. vñ ⁊ hāc rōnem. S. Tho. inducit ꝯ. gen.
li° 2° ca°. 20. ad ꝓbandū ꝙ nullū corpꝰ poteſt
creare. ¶ Ad. $3^{am}$ iſtātiā ꝯ tertiā rōnē. S. T. dr̃
ꝙ maior eſt falſa ſic pōt haberi ex nobilibꝰ in ar
ticulo p̄cedenti. falſum eſt preterea ꝙ agere ſine
motu vl̕ mutatiōe poſſit cōicari creature. naꝫ vt
deductū fuit in. 4° nobili p̄cedentis articuli: nul
lū agēs creatū agere pōt niſi motū a deo. ¶ Ad
$4^{am}$ inſtantiā pꝫ rñſio ꝑ ea q̄ dicta ſunt in ſcd̕o ⁊
tertio nobili ⁊ in ſupioribꝰ rñſionibus. Exēplum
aūt qd̕ adducit de diſtātia iter lumē ⁊ tenebras
nō eſt ſimile ad ꝓpoſitū. qꝛ tenebre nō ſunt pu=
re nō ens cū ponāt in medio. ſ. aere vel aqua ap
titudinē ⁊ potētiā ad lumē. q̄ pō vl̕ aptitudo eſt
aliqd poſitiuū. ¶ Ad. $5^{am}$ inſtantiā cōtra. $5^{am}$ rō
nē. S. Tho. dr̃ ꝙ agēs creatū agēs per artē: ſup
ponit aliqd ꝓductum ꝑ agēs nāle nō ſolū qꝛ eſt
agens ꝑ artē: ſʒ qꝛ ſimul cū hoc eſt agēs creatum
qd̕ ſemper preſupponit aliqd. vñ cā aſſignata ab
arguēte nō eſt ſufficiēs. nā deꝰ poſſet ex nullo p̄=

ſuppoſito ꝑ agens nāle aut ēt ſimplr̃ ex nullo pre
ſuppoſito: totā rē artificialē vt totā domū ſimul ꝓ
ducere. Nō aūt quā arguēs adducit ꝓpt̃ quam
agēs nāle ſupponit mām a deo ꝓductā: nō eſt v̓a
ſʒ cā vera ē qꝛ agēs nāle nō ꝓducit formā ſimplr̃
ſʒ illā educit de pō materie. et propt̃ hoc neccīo
ſupponit mām de cuiꝰ pō formā educat. Qd̕ aūt
arguēs dicit ꝙ deꝰ poſſet ꝓducere aliquā creatu
rā puta itelligentiā q̄ ſe tota ageret: falſum ē. nō
ꝓpter ipotentiā dei: ſʒ qꝛ talis creatura nō eſt ꝓ
ducibilis ꝓpt̃ implicatiōeꝫ ꝯdictiōis. nā oīs cre
atura ex rōne qua creatura ē: hꝫ aliqd potētiale
ex quo ſeqt̃ ꝙ nō pōt ſe tota agere. q̄m pō vl̕ po
tētiale nō eſt p̄ncipiū agēdi. et ita ꝓducere crea
turā q̄ ſe tota agat: ē ꝓducere creaturā ⁊ nō crea
turā qd̕ implicat ꝯdictiōeꝫ. ¶ Ad inſtātiā ꝯ. $6^{am}$
rōnē dr̃ ꝙ agēs inſtr̃ale vocamꝰ oē illud quod pre
ſupponit aliud agēs a quo ⁊ hꝫ v̓tutē agēdi ⁊ eius
virtꝰ ⁊ actio ab eo applicat̃ ad paſſum vl̕ factū ⁊
qd̕ nō mouet niſi motū a p̄ncipali agēte qd̕ pre=
ſupponit. et qꝛ oē agēs creatū ē tale reſpectu dei
ꝓut in articulo p̄cedēti deductū fuit ex dictꝭ. S.
Tho. ideo oē agēs creatū eſt v̓e inſtr̃m dei lꝫ ar
guēs hoc neget. ſʒ dictū ſuū nō ꝓbat. Nec eſt ve
rū vt arguēs putat ꝙ actio inſtrumēti ſit ſꝑ diſpo
nens ad p̄ncipalē effectū ⁊ nō illū attingēs. imo
aliqñ diſponēdo attigit effectū principalē: aliqñ
diſponit tñmō. Et de hoc. S. Tho. 4° lib. ſen.
prius et poſterius. igitur conſimiliter prius ⁊ po
ſterius fundabuntur in omni alio motu circula=
ri inquantu3 quilibet eſt eiuſde3 rōnis in hoc ꝙ
eſt eſſe ſucceſſiuum ⁊ eſſe actū admixtū potentie
ſed p̄us ⁊ poſterius abſolute cōſiderata in motu
ſunt tēpus ip̄m. igit̄ ⁊c. Dicetur forte negando
minorē. nā motus p̄mi mobilis nō eſt eiuſdē rō=
nis cum alijs motib⁹. eſt enī motus cōtinuus et=
nus regularis velociſſimus qd̄ nō ꝯuenit alicui
aliorum motuū ⁊ ideo nō oportet ꝙ habeāt eā=
dem paſſionē. ſ3 hoc nō valet. nā tempus nō eſt
paſſio illius motus p̄mi inq̄3ᵐ annectit̄ ei regula
ritas eternitas vniformitas: ſ3 inq̄3ᵐ habet pri⁹
⁊ poſterius abſolute accepta. cū igitur iſta ita be
ne inſint alijs motibus ſicut p̄mo: ſequit̄ ꝙ eadē
paſſio inerit in eis. ¶2°. Illud nō aſpicit preciſe
motū primi mobilis quo nō exn̄te. ſ. motu primi
mobilis ⁊ exiſtētibus alijs motib⁹ particularib⁹:
ſufficiēter habet̄ vnde oriat̄ tēpus. hec ꝓpoſitio
nota eſt. q2 nichil aſpicit aliq̄d vt ꝓprium ſubm
eius et primū: quo non exn̄te adhuc illud habet
vnde ſufficiēter oriat̄. ſed non exiſtēte motu p̄mi
mobilis: adhuc pōt anima apprehendere tēpus
in aliquo alio motu particulari puta in motu ro=
te figuli. ¶3°. Q2 bellum Ioſue agebat̄ in tem
pore: ⁊ tamē tūc non erat motus primi mobilis.
¶4°. Quia anima apprehendens ſe in eſſe trāſ
ſumpto apprehendit tempus. igitur tempus fun
datur ſuper omnem motū. qui enim capit motū
capit partes ſucceſſiuas capiendo partes ſucce
dentes. ſed prius ⁊ poſterius in motu ſunt ip=
ſum tempus. ¶5°. Quia tempus non eſt ali=
ud formaliter q̄3 ſucceſſio motus. ſed in quolib3
motu eſt formaliter talis ſucceſſio. igit̄ in quoli=
bet motu eſt formaliter tempus. Maior proba
tur. q2 ſc̄m Ariſto. in predicamentis. nō eſt niſi
duplex quantitas in genere. ſ. permanens ⁊ ſuc=
ceſſiua. et p̄mā diuidit in lineam ſup̄ficiē et corp⁹
ſecunda eſt ip̄m tēpus. ergo ſicut ſe habet quāti=
tas p̄maſiua ad ſuū quātū: ſic ſe habet quātitas
ſucceſſiua ad ſuū quātum. vbiq3 enī cōparat̄ for=
ma ad ſuū effectū formalē. ſ3 quātitas p̄manſiua
nō eſt niſi dimēſio ⁊ partibilitas quāti p̄manſiui:
ſicut corporeitas nō eſt aliud q̄3 dimēſio formal̄
et partibilitas corporis. et ſic de linea ⁊ ſup̄ficie.
igitur ſic ſe habebit tēpus ad eſſe ſucceſſiuum: ꝙ
erit formaliter ſucceſſio cuiuſlibet quāti ſucceſſi=
ui. vt ſic omne qd̄ ſuccedit formalit̄ ſuccedat per
ipſum tēpus. ¶6°. Nam in omni motu eſt pri⁹
et poſterius. ſ3 tēpus nō eſt aliud q̄3 pri⁹ et poſte
rius cōtinuitate addita. igit̄ tēpus ē ſubiectiue ī
omni motu. Minor ꝓbat̄. q2 tēpus nō eſt aliud
q̄3 preteritū vel futurū vel p̄ſens. ſed hec nō ſunt
formalit̄ niſi p̄us ⁊ poſterius. vn̄ p̄teritio nō ē alid̄
q̄3 prioritas reſpectu p̄ſentialitatis et futuritio=
nis. Ubi cōſiderandū eſt ꝙ cū dicit̄ tēp⁹ eſt pre=
teritū p̄ſens ⁊ futurū: hic li preteritū p̄ſens ⁊ fu=
turū poſſunt accipi formalit̄ pro ipſa preteritio=
ne et futuritione: vel ꝓ ipſo ſubſtracto. ſ. qd̄ p̄te=
rijt qd̄ futurū eſt qd̄ eſt ſubm preteritionis: vl̄ co
pulate pro ſubſtracto ⁊ illa preteritione. tēpus
autem nō eſt preteritum ⁊ futurum ſc̄d̄o modo
nec tertio modo ſ3 tātū p̄mo. ¶7°. Capio ſucce
dens ſiue p̄us ⁊ poſt: ⁊ reſoluo ip̄m ſuccedēs ī ip
ſam ſucceſſionē q̄ non eſt aliud q̄3 prioritas et ip
ſum qd̄ ſuccedit qd̄ eſt ſubiectū ipſius ſucceſſiōis.
ſimiliter reſoluo prius ⁊ poſt in id qd̄ eſt prius et
poſt ⁊ in ipſam p̄oritatem. ſicut reſoluo albū in il
lud qd̄ eſt albū ⁊ in albedinem. tūc ꝓbat̄ ꝙ tem
pus nō eſt aliud q̄3 ipſa ſucceſſio eius qd̄ ſuccedit
ſiue prioritas ⁊ poſterioritas eoru3 q̄ ſunt p̄us ⁊
poſt. ⁊ hoc ſic. Aut tēpus eſt ipſa ſucceſſio mot⁹
aut eſt vna ſucceſſio alia qua mot⁹ ſuccedit ⁊ a=
lia qua tēpus ſuccedit. nō aūt pōt dari ſecūdus
mod⁹. ergo neceſſario oportet dare ꝙ tēpus ſit
ſucceſſio q̄ motus dicit̄ formalit̄ ſuccedere. et ſic
erit ī oī motu ſucceſſiuo formalit̄. Minor ꝓbat̄.
qm̄ ſicut ē īpoſſibile ī quāto p̄maſiuo eē duas quā
titates p̄maſiuas: ſic ī q̄nto ſucceſſiuo īpoſſibile ē
eē duas q̄ntitates ſucceſſiuas vl̄ duas ſucceſſiōeſ
igr̄ īpoſſibile ē ꝙ ī motu ſit vna ſucceſſio q̄ ē tp̄s: ⁊
alia q̄ mot⁹ dr̄ formal̄r ſuccedere ītriſece. ꝑ ſuc=
ceſſio q̄ mot⁹ q̄l3 ſuccedit formal̄r erit ip̄3 tēpus.

Cõfirmatur. qꝛ ſi motus haberet ꝓpꝛiã ſucceſ=
ſionem intriſecã aliã a ſucceſſione q̄ eſt foꝛmalit̃
tẽpus: tũc opoꝛteret ꝙ eſſent due quãtitates foꝛ
maliter ſucceſſiue. quo cõceſſo ſequit̃ ꝙ phs fuit
valde inſufficiẽs in nõ ponẽdo niſi vnã quantita
tem ſucceſſiuã. mot⁹. n. ſm eum. 5° metha͛. eſt ſo
lũmodo quãtũ ꝑ accidẽs. ¶ 8°. Quaten⁹ negat
qui tempus ſit quãtitas ſucceſſiua. tũc ſic. aut tẽ=
pus eſt illa ſucceſſio ĩ abſtracto: aut ẽ aliq̃d ꝯcre=
tum ex partib⁹ ſuccedẽtib⁹ ⁊ ſucceſſiõe ita ꝙ ha=
beat partes intriſece ſuccedẽtes ſicut mot⁹. non
põt dari ſecund⁹ mod⁹. quia tũc tẽpus eſſʒ quã=
titas ꝑ accidens. ergo opoꝛtet neceſſario dicere
ꝙ tẽp⁹ ſit illa ſucceſſio in abſtracto. et ex hoc cuʒ
omne qđ eſt tale in cõcreto: ſit tale foꝛmale ꝑ id
qđ eſt tale in abſtracto: ſicut omne qđ eſt album
eſt albedine album: ſequit̃ ꝙ omne ſucceſſiuũ ſit
foꝛmalit̃ ſucceſſiuũ ĩpo tẽpoꝛe. et ſic cũ om̃is mo
tus ſit ſucceſſiuus: in quolibet motu erit tẽp⁹ foꝛ
maliter ſicut albedo in albo ita ſucceſſio in ſucceſ
ſiuo. ¶ 9°. Qꝛ dicit Auguſtinus. 11° cõfeſſionuʒ
ca°. 10. ꝙ tẽpus nichil aliud ẽ ꝙ̃ ſucceſſione diſtẽ
ſio. dicit autẽ diſtẽſionẽ nichil aliud ꝙ̃ ſucceſſio.
nõ enim dicit extenſionẽ qꝛ illa nõ eſt niſi in ꝑma
nentibus. ſimilit̃ Auicena in ſuo. 2° phy. dicit ꝙ
tẽpus nõ eſt niſi cõtinuitas motus. nõ autẽ ꝑmã
ſiua: ergo ſucceſſiua. ⁊ ſic tempus nõ eſt aliud ꝙ̃
ſucceſſio. Jtẽ phs. 4° phyſicoꝝ ꝓbat ꝙ motus
nõ eſt tẽpus. Tũ quia tẽp⁹ eſt vbiq; nõ aũt mo=
tus. Tũ qꝛ tẽpus nõ multiplicabit̃ ⁊ mot⁹ multi
plicat̃. Tũ qꝛ velox ⁊ tardũ ſunt paſſiones mo=
tus nõ aũt tẽpoꝛis. Deinde ꝓbat aliã concluſio=
nẽ. ſ. ꝙ tẽpus ẽ aliq̃d mot⁹. qꝛ nõ percipim⁹ tem
pus niſi ꝑ motũ. ⁊ poſt ꝯcludit ꝙ tẽpus eſt pꝛi⁹
⁊ poſteri⁹ in motu ⁊ ꝙ illa nõ ſunt mot⁹. ex q̃bus
omnib⁹ patet ꝙ cum in omni motu continuo ſit
foꝛmalit̃ ſucceſſio et cõtinuitas ⁊ ꝑus et poſteri⁹
ꝙ tẽpus eſt foꝛmalit̃ in quolibet motu. ¶ 10 ſic.
Omnis mot⁹ cõtinuus habet partibilitatem et
ſucceſſionẽ. ſʒ ſucceſſio nõ eſt in motu niſi ex tꝑe
nõ autem ex magnitudine licet partibilitatẽ ha
beat a magnitudine. ergo q̃libet motus eſt ſubʒ
tẽpoꝛis. Maioꝛ patet. ſ. ꝙ in omni motu differat
partibilitas a ſucceſſione. nã ſunt duo mot⁹ eq̃=
lis ſucceſſionis q̄ nõ ſunt eq̃lis partibilitatis. vt
patet cũ ſoꝛtes in vna die vadit leucã: ⁊ in eadẽ
die plato nõ vadit niſi mediã: ibi eſt equalis ſuc=
ceſſio. ſ. vni⁹ diei viginti q̃ttuoꝛ hoꝛaꝝ: nõ tamẽ
eadeʒ partibilitas qꝛ vnus mot⁹ eſt minoꝛ alio.
Minoꝛ ꝓbat̃. nã ſm phm. 6° phy. diuiſibilitas
mot⁹ eſt ſm diuiſibilitatẽ magnitudinis. ſucceſ=
ſio vero foꝛmalit̃ ẽ a tꝑe. ¶ 11° arguit Gregoꝛius

de arimino ꝓbãdo ꝙ omne coꝛpus qđ mouetur
regularit̃ et vnifoꝛmit̃ eſt tẽpus. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝯcluſio
ꝑma falſa. arguit igit̃ ſic. Omne illud ꝑ qđ poſſu
mus metiri moꝛas motuũ et q̃etũ ac duratiões
eoꝝ. i. cognoſcere ꝙ̃ diu res q̃eſcit vel mouet̃ vel
durat eſt tẽpus. ſʒ omne coꝛp⁹ cõtinue ⁊ regula=
riter motũ eſt huiuſmodi. igit̃ et c̃. Maioꝛ patet
ex his q̄ cõmunit̃ homines loquunt̃ de tꝑe. dici=
mus eñi illũ motũ eſſe diuturnioꝛẽ q̄ maioꝛi tẽ=
poꝛe durauit. ⁊ illud minus diu moueri: qđ mino
ri tꝑe mouet̃. ⁊ illud eque diu: qđ eſt equali tꝑe
motũ. Et ſimilit̃ de duratione reꝝ. nã eam dici=
mus plus durare q̄ lõgioꝛi tẽpoꝛe durauit. ita ꝙ
hec om̃ia nos mẽſuramus tꝑe ⁊ non ꝑ aliq̃d ali=
ud ſicut patet. ⁊ ꝑ ꝯñs omne illud cui iſta cõueni
unt eſt tẽpus. Minoꝛ ꝓbat̃. ſi eñi ſit aliqđ coꝛp⁹
qđ cõtinue et regulariter moueat̃: quilibet hoc
ſciẽs põt ꝑ illud mẽſurare mot⁹ alioꝝ et cognoſ=
cere de alijs quãtũ moueãt̃ ⁊ qđ diuti⁹ mouetur
et quod min⁹. Nã ꝑ iſtũ moduʒ certificamur de
moꝛa motuũ alioꝝ coꝛpoꝝ ꝑ hoꝛologia ⁊ cele=
ſtia coꝛꝑa. ⁊ ita poſſemus ꝑ alia ſi ſciremus ea cõ
tinue ⁊ regulariter moueri. et ad cognoſcenduʒ
pꝛedicta nõ eſt opoꝛtuna aliqua res diſtincta a
mobili ⁊ a ceteris rebus ꝑmanentibus. nam ſi tẽ
pus poneret̃ eſſe talis res: in nullo eſſet vtilis ad
menſurandũ motus ⁊ quietes alioꝝ ſeu duratio
nes. eo ꝙ omnino latẽs ꝓꝛſus ignota eſſet vl̃ ſal
tem minus nota ꝙ̃ opoꝛteat ad cognoſcendum
⁊ habendũ hmõi noticias. per ignota enim nul=
lus valet aliq̃d mẽſurare. ſimiliter motus celi vl̃
hoꝛologij min⁹ notus ꝙ̃ ipſa mobilia. ſ. celũ vel
hoꝛologiũ ad habẽdum hmõi noticias. et ideo
ꝑ ipſa mobilia meli⁹ mẽſuramus motus ⁊ q̃etes
et durationes reꝝ ꝙ̃ ꝑ hmõi mot⁹. et ſic mobile
hẽt rõneʒ tꝑis: nõ aũt mot⁹ nec aliq̄ res ſucceſſi=
ua diſtĩcta a motu ⁊ a ſuis terminis ⁊ a mobili.
Cõfirmat̃. qꝛ huius mentis videt̃ eẽ Auguſtin⁹
12° de ciuitate dei ca° 15. ſ. ꝙ cõiter loquẽdo oẽ
coꝛpus ꝯtinue vnifoꝛmit̃ ⁊ regularit̃ motũ: põt
dici tꝑs. ſ; ꝓꝑe loquẽdo ſola celeſtia coꝛꝑa ſunt
tꝑa. in cui⁹ ſignũ cũ dñs illa inſtituit: dixit ſint il=
lis in ſigna ⁊ in tꝑa et in dies ⁊ in ãnos. ¶ Con=
tra ſcđam ꝯcluſionẽ arguit Aureolus ꝓbando ꝙ
nunc mẽſurãs mobile nõ remaneat ideʒ in toto
tꝑe ⁊c̃. Pꝛimo. qꝛ iſta expoſitio nõ vadit ad mẽ
tẽ Ariſto. qꝛ Ariſto. nõ loquit̃ de nũc extrinſeco:
ſʒ đ nũc qđ hẽt mẽſurare mutata eẽ. qđ pʒ ex illo
qđ attribuit ipi nũc qđ dicit eẽ idẽ. ſ. ꝙ ĩ actu ter=
miat tꝑs ⁊ ĩ põ ꝯtinuat. et ꝯſimil̃r dicit ꝙ nũc ẽ idẽ
in toto tẽpoꝛe: ſicut eſt idem punctus ſuo fluxu
cauſans ipſam lineam. modo certũ eſt ꝙ non eſt

vnus punctꝰ in linea qui maneat idē. ¶2°. Qꝛ fictio videt̃ ꝙ ſit aliqđ nunc mēſurās mobile. in q̊.n. poneret̃ ſubiectiue nunc qđ tu dicis manere ¶3°. Quia extra animā nō eſt vnū mutatū eſſe ſm ſbaꝫ in toto motu: ſed ſemꝑ aliud ⁊ aliud. igitur extra animā nō eſt idem nūc qđ maneat ſed neceſſario raptiꝫ tranſit. ¶4°. Qꝛ cōtradictio eſt dicere ꝙ nūc ſit idē ſm ſbam ⁊ differēs penes prius et poſt. naꝫ ṗus ⁊ poſt ſunt ip̄m nūc. ſi igit̃ variat̃ ṗus ⁊ poſt: neceſſe eſt dicere ꝙ variet̃ ip̄ꝫ nunc ſm ſbam. igit̃ manet idē nūc ſm ſbam ⁊ variat̃ ſm ſbam qđ eſt ꝯtradictio. ¶5°. Nam tunc ſequit̃ ꝙ plura mutata eſſe ſimul ſunt. nā cuilibꝫ mutato eſſe in motu correſpōdet ſuū nūc in tēpore. ſꝫ ſm te manet idē nūc ſm ſbam in toto tēpore extra animā. ergo ⁊ oīa mutata eſſe in motu ſunt in eodē nunc. ex quo ſequit̃ ꝙ plura nunc correſpōdentia. pluribꝰ mutatis eſſe erūt ſimul. qꝛ in vno nūc ſm ſbam. et ex eodē ſequit̃ ꝙ omnes partes motus erūt ſimul. qꝛ toti motui correſpōdet vnicū nūc ſꝫ ſbaꝫ. ¶6° Nā ſi extra aiaꝫ eſt idē inſtās ſm ſubam in toto tp̄e: ſequit̃ ꝙ accidēs migrabit de ſubto in ſubm. migrabit enim de vno mutato eſſe in aliud mutatū eſſe. ꝭ mutatū eē eſt ſubm ipſiꝰ nūc ſicut motꝰ ē ſubꝫ tēporis ¶7°. Sicut ſe hēt mutatū eſſe ad motū: ſic nunc ad tp̄s. ꝭ ſm te idē nunc ſm ſbam manet in toto tp̄e. igit̃ idē mutatum eē manebit in toto motu. ¶8°. Qꝛ idiuiſibile nō pōt cauſare motū ifluendo vt ꝓbat Ariſto. 6° phyſicoꝝ. nō eni idiuiſibile pōt moueri. igit̃ cōſimilit̃ videt̃ ꝙ nūc ſuo fluxu nō cauſet tp̄s cū ei repugnet fluere. ¶9°. Qꝛ de rōne iſtātis eſt ꝙ rapti trāſeat ⁊ non maneat. nō igit̃ idē nūc pōt i toto tp̄e manere. ¶10. Qꝛ tūc totū tp̄s eſſet in eodē nūc. tp̄s eni ſꝫ Ariſto. 4° phyſicoꝝ cauſat̃ ex ip̄o nūc fluēte. ꝯn̄s eſt falſum. Ex iſtis cōcludit Aureolus ꝙ nullū nūc extra animā exn̄s maneat idē in toto motu. ¶11°. Ad idē arguit Scotꝰ ꝙ nūc ſm ſbam vel eſt ipſa ſba mobilis: ⁊ tunc nō eſt niſi cōtēdere de vbis. ſi aūt eſt aliud ab ipſo puta aliqđ indiuiſibile đ genere quātitatis: q̄ro cuiꝰ cōtinui ſit terminus vel cuiꝰ diſcreti pars. qꝛ oīne idiuiſibile qđ eſt ꝑ ſe đ genere quātitatis: vel ē terminꝰ ꝯtinui vel pars diſcreti. ſi ponit̃ pars diſcreti. igit̃ ponit̃ tp̄s diſcretū qđ ph̄s nō ꝯceſſit. ſi ponat̃ terminꝰ ꝯtinui ergo oportet ꝙ ſit aliud ſm ꝙ terminat aliam et aliā partē cōtinui. qꝛ impoſſibile eſt idē idiuiſibile ſm ſbam eē terminū alicuiꝰ quātitatis ⁊ pricipiū eiuſdē. Et ſi dicat̃ ꝙ terminat ꝑ diuerſa eſſe Cōtra. qꝛ iſta eē cū accidāt illi nūc eidē ſm ſbam qꝛ ꝑ te illud manet ideꝫ ſub diuerſis eſſe: ⁊ ꝑ ꝯn̄s iſta accidūt ſibi: ⁊ omne idiuiſibile đ genere quantitatis ꝑ ſe terminat quātitatē vl̕ eſt pars diſcreti: ſequit̃ ꝙ illud nō ſit indiuiſibile ꝑ ſe de genere quātitatis. ¶Itē. Iſta eē q̄ro cuiꝰ generis ſint. ſi ſint idiuiſibilia de genere quātitatis. igit̃ ſufficiūt ad terminādū ꝓpriū cōtinuū abſq̧ illo nūc ſm ſbam quod ē incōueniēs. qꝛ nullū indiuiſibile ꝑ ſe terminat niſi qꝛ eſt terminꝰ alteriꝰ vl̕ alicuius diuiſibilis. ſi aūt ſunt alteriꝰ gen̄ris puta q̄litatis. igit̃ q̄litas erit ꝑ ſe rō terminādi cōtinuum in gen̄re quātitatis. ¶Itē. Quomodo nō mutaret̃ ip̄m nūc ſm ſbam: ſi mutat̃ ſm diuerſa eſſe: ⁊ tūc oporteret eiꝰ ⁊ ſuoꝝ eſſe q̄rere mēſuraꝫ et ſic in ifinitū. ¶Tertio arguit. Qꝛ aut illud nūc idē ſm ſbam eſt in quolibet mobili: aut p̄ciſe in vno. nō in quolibꝫ: qꝛ tūc idē accidēs numero eſſꝫ i diuerſis ſubiectis. nec in vno mobili p̄ciſe ſic pꝫ ex ſe. ¶Cōtra eandē ꝯcluſionē arguit Gregoriꝰ de arimino ꝓbādo ꝙ nec iſtās ſꝫ ſbam nec inſtans ſm eſſe eſt aliq̇d indiuiſibile nō durās ⁊ ṗmo arguit ſic. Si iſtās ſit talis res idiuiſibilis nō durās aut eſt ſubiectiue in ip̄o mobili aut in aliquo accidēte ipſius mobilis. ſi i mobili: cū mobile ꝑdat ip̄m. igit̃ mutat̃ ab ipſo. aut igit̃ diuiſibilit̃ aut indiuiſibilit̃ mutat̃ ab ip̄o. nō diuiſibilit̃. tū qꝛ iſtās ponit̃ indiuiſibile ſꝫ te. tū qꝛ ſequeret̃ ꝙ aliqua pars iſtātis duraret ꝑ tp̄s qđ tu negas. Si dicas ꝙ indiuiſibilit̃. igit̃ ſimul mutat̃ ab inſtāti et mutatū eſt ab eo. aut igit̃ ſimul mutatum ē ab eo et mutat̃ ad ip̄m: aut ṗus mutatur ad ip̄m ⁊ poſtea mutatū eſt ab eo. ſi det̃ ṗmū: igit̃ inſtans ſimul ē genitū et corruptū ⁊ eſt et nō ē. ſi prius ē mutatū ad ip̄m: igit̃ durat ꝑ tēpus. Nec pōt q̇s dicere ꝙ mobile nō mutat̃ ad inſtās nec mutat̃ ab eo. qꝛ nō eſt itelligibile ꝙ mobile priꝰ ſit in potētia ad habēdū aliquā entitatē: ⁊ poſt habeat illaꝫ actu. aut econtra prius eam habeat ⁊ poſtea non habeat et tamē nō mutet̃ ad illam nec mutet̃ ab illa: cū non ſit aliud mutari ſm aliquā entitatē: q̄ꝫ ſm ip̄am aliter ſe habere nunc ⁊ ṗus. Preterea. omne trāſiens ex eē alicuius ad nō eē illius: mutatur ſm illud vt patet. 5° phyſicoꝝ. ¶Confirmatur. Qꝛ eadē facilitate poſſet dici ꝙ in acq̇ſitione rei ꝑmanētis vel deꝑditione: ſubm nō trāſmutat̃. qđ nullus diceret qui vocabulis in ſua ſignificatione vti vellet. Si vero dicat̃ ꝙ eſt ſubiectiue in aliq̊ accidente ipſius mobilis aut ergo in accidente permanente aut in non permanente. ſi detur primum: arguitur ſicut iam argutum eſt ſi in accidente non permanente: aut diuiſibili ſꝫ extenſionem aut diuiſionem partium ſimultanearum: aut indiuiſibili ſm totalem diuiſionem.

ſed neutrum dici poteſt. qꝛ ſi eſſet ī latū lōgū ⁊ ꝓ
fundum qḋ magis a te eēt reputādū incōueniēs
ꝙ̄ ꝙ tempus ſit diuiſibile illo modo vel ſaltem
non minus. iſtud autē tu reputas impoſſibile.ſ.
tēpus eſſe diuiſibile ſm longum ⁊c̃. igitur ⁊ hoc.
¶ Preterea cū ſm te inſtās cōtinuet partē tꝑis
preteritā cum futura ⁊ tēpus nō habeat ꝑtes ſi=
multaneas: ſtabit q̄ſtio ſm quā ſuā partē inſtās
cōtinuet partē tꝑis: ⁊ nō erit potioꝛ ratio ꝓ vna
ꝙ̄ ꝓ alia. Si vero dicat̃ ꝙ eſt in accidēte indiuiſi
bili puta in mutato eſſe indiuiſibili ſm extēſionē:
hoc eſt falſum. qꝛ tunc q̄rendū eſſet de ſubiecto
ipſius mutati eſſe aut eſt aliqḋ indiuiſibile ipſius
mobilis ⁊ patet ꝙ nō. qꝛ nō eſt ratio ꝓpter quā
vnū indiuiſibile mobilis xᵒbi grā celi ſit ſubꝫ mu=
tati eſſe potiꝰ ꝙ̄ aliud. ⁊ ꝑ ꝯn̄s vel eſt in quolibꝫ
indiuiſibili celi ac ꝑ hoc eſt extēſum cū nullū coꝛ=
poꝛale accidēs poſſit eē totū in diuerſis partibꝰ
ſubiecti vel in nullo. aut ſubm mutati eē eſt ipm
celum ⁊ ꝑ ꝯn̄s ē diuiſibile ſicut ⁊ celū ac ꝑ hoc ⁊ i=
ſtās cui ſubijcit̃: ⁊ redit̃ ad illud qḋ putas icōueni
ens.ſ. ꝙ inſtās habeat ꝑtes ſimultaneas ſm ſitū
diſtātes. ¶ 2° ſic. Si inſtās ē hm̄oi res: ſeq̄t̃ ꝙ ī q̊
libet tēpoꝛe plura inſtātia ſm rē ⁊ eſſentiā diſtin
cta ſibi ſuccedāt: nec idē ipm inſtās ſm ſe qḋ fuit
pꝛiꝰ ſit poſt. patet ꝯn̄a. ſ ꝯn̄s ē expꝛeſſe ꝯ̄ ꝺtermi
nationē phī. 4° phyſi. vbi ſoluēs q̄ſtionē ꝺ vnita
te vel pluralitate iſtātiū in tꝑe motā in ꝑ̇ncipio
illiꝰ tractatꝰ ait. Ipm nūc eſt q̇dē ſic idē aut ſic
nō idē. ſm eni ꝙ in alio ⁊ alio alterum ē. hoc.n.
erat eē ipi nūc iquātū aut qḋcūqꝫ ens eſt ipꝫ nūc
idē eſt. Ecce ꝙ nūc ē aliud ⁊ aliud ſm ꝙ ē ī alio
⁊ alio loco ſ inq̄ᵐ ē q̇ddā ens ſm ſe: ſic ē idē ⁊ nō
aliud poſt aliud. Cōfirmat̃. qm̄ vbi mouit pꝛedi
ctā q̄ſtionē: ꝓbauit ꝙ eēt idē inſtās. qꝛ alioq̄n coꝛ
rūperet̃: ⁊ tūc vel qn̄ ē vel in inſtāti ſequēti et c̃.
vt ibi patet. et iſtā rōnē nullibi ſoluit nec alia cā
fuit: niſi ꝙ eiꝰ ꝯcluſionē tanꝙ̄ verā appꝛobauit ⁊
eā demōſtratiue ꝯcludere cognouit. ¶ 3° argu
it gen̄ralr̃ ꝙ nec in tꝑe ſit aliqḋ idiuiſibile qḋ dica
tur nūc: nec ī motu qḋ dicat̃ mutatū eē. ſi eni iq̄t
ſit aliq̄ talis res accipiat̃ aliqḋ mobile qḋ ꝯtinue
mouet̃ tūc arguit̃ ſic. Aut talis res quā ponis in=
ſtans idiuiſibile vl' mutatū eſſe ē ī hoc mobili pu
ta celo pluſꝙ̄ ꝑ iſtās aut nō pluſꝙ̄ ꝑ inſtās ſ neu
trū pōt dari. igit̃. nō.n. pōt dici ꝙ aliq̇d tale ſit ī
mobili pluſꝙ̄ ꝑ iſtās. qꝛ tūc aliqḋ ſingulare mu=
tatū eē vl' inſtās eēt in mobili ꝑ tꝑs. ex q̊ vltra ſe
quit̃ ꝙ cū in illo tꝑe mobile ſic ꝯtinue moueat̃: ⁊
in q̊libet iſtanti illiꝰ tꝑis habeat aliud mutatum
eē ſꝫ tuā imaginationē: ſimul ī eodē mobili erūt
plura mutata eē vl' inſtātia in ipo ſucceſſiue cau

ſata. hoc aūt ē ipoſſibile ſm tuā opinionē. qꝛ q̄ rō
ne vnū mutatū eē manet in mobili cū ſequētibꝰ:
eadē rōne ⁊ qḋlibet mediās iter illa mutata eē. ⁊
ꝑ ꝯn̄s etiā motꝰ om̄is cōpꝛehēſus ab illis muta=
tis eē. alioqui cū in q̊libet motu ſint plura muta=
ta eē: ſi aliq̄ pars motꝰ deſijſſet: nō qḋlibet muta
tū eē remāſiſſet. ⁊ ſic vltra ſeq̄t̃ ꝙ vna pars motꝰ
erit in mobili ſimul cū ſequētibꝰ qḋ repugnat mo
tui ⁊ cuilibet ſucceſſiuo ſꝫ te. Neqꝫ pōt dari ſcḋꝫ
.ſ. ꝙ nullū tale ī diuiſibile ſit in mobili pluſꝙ̄ ꝑ in
ſtās. qꝛ hoc nō ē nāliter poſſibile de aliq̄ re vt pꝫ
ꝑ phm̄. 8° phyſi. in illo ca°. q̄ aūt loci mutatio. v=
bi ait ꝙ incōueniēs videbit̃ ſi factū: mox neceſſe
eſt coꝛrūpi et nullo tꝑe ꝑmanere. vbi vult mani
feſte ꝙ om̄e factū ꝑmanet in eē ꝑ tēpus ⁊ non tm̄
ꝑ iſtās. Et hoc ibidē cōmēto. 63. ꝓbat cōmenta
toꝛ dicēs. om̄e genitū hēt eē in actu ⁊ om̄e exn̄s ī
actu ē in tꝑe ꝺmōſtrato alias natura ageret ocio
ſe. vn̄ voluit expꝛ̄ſſe ibidē ꝙ ipoſſibile ē coꝛruptio
nē alicuiꝰ rei ſeq̄ eiꝰ generationē ſine tꝑe medio.
et ꝑ hoc tanꝙ̄ ꝑ ꝑ̇ncipiū ꝓbāt impoſſibile eē du=
os motꝰ ꝯtrarios ſuccedere ſibi inuicem ſine q̇ete
media. ſ ſi mutatū eē aut iſtās ſit tm̄ ꝑ inſtās: ge
neratio eiꝰ et coꝛpꝰ nō mediabit̃ tꝑe vt pꝫ. Nec
valet ſi dicat̃ ꝙ loquūtur ꝺ rebꝰ ꝑmanētibꝰ nō ꝺ
rebꝰ ſucceſſiuis. qꝛ rō eoꝝ eq̄liter ꝓbat de oībus
ſi aliq̇d ꝓbat. ſimilit̃ eni poſſet aliq̇s dicere ꝙ lo
quunt̃ ꝺ ſubſtātijs nō aūt de accidētibꝰ ⁊ ſic vel
eoꝝ rō valet in oībus vel in nullo valet. ¶ 4°.
ſimilit̃ gen̄ralit̃ arguit. Aut mutatū eē eſt aliq̄ res
intriſeca motꝰ: aut aliq̇d extriſecū neceſſario tm̄
cōcomitās ipm in ſubiecto: aut aliq̇d extriſecum
ꝯtingēter ſe hn̄s ad motū ſic ꝙ aliq̇d poſſit mo=
ueri nō habens aliqḋ mutatū eſſe. Nō pōt dici ꝑ̇
mū. qꝛ aut motus infra eſſentiā ſuam includit ꝑ̄=
ciſe talia mutata eſſe ⁊ nullam aliam omnino en
titatem que non ſit vnum vel plura mutata eſſe
⁊ tunc ſequitur ꝙ motꝰ componitur ex ſolis mu
tatis eſſe quod repꝛobatur. 6° phiſicoꝝ aut in
cludit aliquam entitatem pꝛeter mutata eſſe q̄
nec eſt mutatum eſſe nec integratur ex talibus:
et ſi ſic: opoꝛtet ꝙ ipſa vel nullum mutatum eſſe
includat vel habeat aliquam partē que nec ſit
nec includat mutatum eſſe. quolibet autem tali
dato: ſequitur ꝙ mobile habens ipſā mouetur
et ſit mutatum ſine tali mutato eſſe: ac per hoc
vanum eſt ponere talia. conſequētia patet. quia
per quantūcūqꝫ ſpatium mobile moueatur per
illam partem motꝰ in qua nō clauditur aliquod
mutatum eſſe: certum eſt ꝙ ipſum pꝛius eſt mo=
tum ad medium ſpatij ꝙ̄ ad vltimum eiꝰ ⁊ ſic ē
mutatū ſine tali re ficta. Nec pōt dari ſcḋꝫ. qꝛ cū

in quolibet inſtāti tp̄is mēſurantis motum con-
tinuū ſit verū. a. eē mutatū ad aliq̄d ſpatij: opor
tebit dicere ꝙ eſt q̄dā multitudo mutatoꝝ eē ſi-
bi ſuccedētiū in mobili adeq̄nās in duratione to
tum motū quo mouet̄ mobile in illo tp̄e: ⁊ ſic ea
dem mēſura adeq̄ta mēſurabitur illa multitudo
mutatoꝝ eē cum illo motu. Et patet hec ꝯſequē
tia. qm̄ ſi nō adeq̄ret ip̄m motū: iā aliq̄d eēt ipſiꝰ
motus q̄n nullū eſſet mutatū eſſe ⁊ ſic aliq̄d eēt
mutatū ſine mutato eſſe qđ eſt ꝓpoſitū. ꝯn̄s aūt
eſt falſum. quia cū quodlibet mutatū eſſe mēſu-
ret̄ inſtanti: ſi aliq̄ multitudo p̄ciſe icludēs muta
ta eſſe mēſuraret̄ p̄mo aliq̄ tēpore: illud tēpus eſ
ſet cōpoſitum ex ſolis inſtātibꝰ vt patet. 6° phi-
ſicoꝝ. Tertiū etiā dari nō pōt ꝓpter ea q̄ cōtra
ſecūdū dicta ſunt. et nichilominꝰ ſi daretur: hēt̄
ꝓpoſitū. q̄ꝛ ex quo talia mutata eſſe contingent̄
ſequūtur motū: poſſibile erit aliq̄d moueri ⁊ mu
tatū eſſe illis entitatibꝰ indiuiſibilibus. ⁊ iſte ſūt
p̄ncipales obiectiones ꝯtra illā ſecūdam ꝯcluſio
nem. ¶ Cōtra. 3^am cōcluſionē arguit Scotꝰ im-
probando tēpus diſcretū qđ illa cōcluſio ponit.
Primo. q̄ꝛ vt dicit: ſequit̄ ꝙ quilibet angelꝰ ha-
beat ſuū tēpus diſcretū quia pōt ꝯtinuare cogi-
tationē ſuam cuꝫ die noſtro ⁊ alius angelus pōt
cōtinuare cogitationē ſuā cum dimidio ⁊ tertius
cū hora. ⁊ ita angelus habebit q̄ttuor inſtantia
dū alius angelus habebit vnū ſolū inſtans. imo
ſequit̄ ꝙ in quolibet angelo erūt duo tēpora diſ
creta. quia q̄libet poterit cōtinuare cogitationē
ſuā nō ꝯtinuādo volitionē ſuā. ¶ 2°. Nulla vna
quātitas cōponit̄ ex pluribꝰ omnino diuerſaruꝫ
rationū. q̄ꝛ tunc ſenariꝰ poſſet ꝯponi ex binario
⁊ ternario qđ negat ph̄s. 7° metha^c. dicēs ꝙ ſex
ſunt tm̄ ſemel ſex et nō bis tria. et idē dicit Aui-
cena. 3° ſue metha^c. ſꝫ duꝫ fuerit dies nr̄a: poſſet
angelus intelligere q̄cunq̄ꝫ intelligibilia nāliter
diſtincte puta lapidē lignū ferrū aquā ⁊ quodcū
q̄ꝫ aliud poſt qđcūq̄ꝫ aliud. ergo tēpus ſuū com-
ponit̄ ex inſtantibꝰ diuerſarū rōnum correſpon
dentibus intellectionibꝰ diuerſaꝝ ſpecieꝝ in eo
dem āgelo vel intellectibꝰ diuerſoꝝ angelorum
qui ſunt diuerſaꝝ ſpecieꝝ. poſſet etiam cogitare
iſta vel nō intelligere ſed alia plura vl̄ tot aliaꝝ
ſpecieꝝ. poſſet etiā ꝑ ꝯn̄s tēpus ſuū correſpōdēs
iſti diei eſſe cōpoſitum ex omnibꝰ illis partibꝰ vl̄
alijs in natura determinata ꝓportione ſe habē-
tibus ad iſtud. igit̄ ⁊c̄. ¶ 3°. Q̄ꝛ iſta poſitio pōit
vnū nūc illius tēporis coexiſtere multis nūc nr̄i
tēporis. qđ videt̄ eſſe fuga et poni ꝓpter hoc ne
cōcedat̄ tp̄s nr̄m eſſe diſcretū. q̄ꝛ ſi inſtātia illius
tp̄is p̄ciſe coexiſterēt inſtātibus nr̄i tp̄is: tūc ſeq-
tur ꝙ ſicut illud tēpus eſt diſcretū: ita ⁊ tēpꝰ no-
ſtrum eēt diſcretū. et hoc fugiendo: videt̄ poni
iſtud ſine rōne qđ oporteat vnū inſtans illiꝰ tē-
poris coexiſtere multis partibꝰ tēporis nr̄i. Q̄đ
aūt hoc nō ſit neceſſariū ꝓbat̄. q̄ꝛ quecūq̄ꝫ intel
ligibilia poſſum ego intelligere in vno tp̄e: plura
vel pauciora pōt angelus intelligere eodē tēpo
re diſtincte. q̄ꝛ in itellectu creato qui nō pōt itel-
ligere oīa ſimul: videt̄ eſſe ꝑfectionis poſſe mul-
ta intelligere ſine aliq̄ mora: nā hoc magis ineſt
ingenioſioribus. ſꝫ intellectꝰ humanꝰ pōt habe-
re intellectionē aliquā in vno inſtāti ⁊ poſt ſtati
habere aliā ⁊ ſic multas in aliquo tp̄e dato. ergo
nō eſt neceſſariū intellectū angeli ſi intelligat. a.
cū aliquo inſtāti nr̄o ſiſtere in intellectu ipſius. a.
ꝑ aliqđ tēpus ⁊ ꝑ inſtās illiꝰ tp̄is in quoꝝ aliquo
pōt intellectꝰ meꝰ habere aliquā intellectioneꝫ
Si enī dicat̄ ꝙ intellectꝰ meꝰ poſt inſtās nō pōt
īmediate intelligere aliud: ſꝫ oportet ꝙ maneat
ꝑ tēpus in illa cogitatione alioqui nō eſſet dare
p̄mum inſtās ſequētis intellectionis. ſi enim po-
neret̄ intellectionē aliquaꝫ indifferent̄ mēſurari
tēpore ⁊ inſtāti: nō ꝯcluderet argumētū. tunc. n.
ſicut nō eſt mediū inter inſtās ⁊ tēpꝰ: ita nec int̄
illam intellectionē meā q̄ eſt in tp̄e: ⁊ illā q̄ eſt in
inſtāti īmediate habito vel precedēti. ⁊ tūc ſcđe
intellectionis nō eſſet dare p̄mum. ſi aūt intelle-
ctio angeli mēſuret̄ euo: tūc etiā pōt aliq̄ eſſe cuꝫ
vno inſtanti: et alia cū tēpore habito. ⁊ illa ſecū
da habet mēſurā īdiuiſibilē ſicut p̄ma habet. ſed
tamē nichil temporis nr̄i coexiſtit illi ſecūde. et
hoc modo eſt de itellectionibꝰ angeli. q̄ꝛ ſi aliq̄s
intelligit cū tp̄e nr̄o: nō oportet illā intellectio-
nē manere ꝑ tp̄s habitū. ſ ſi ſtatim habet aliā in
tellectionē: illa coexiſteret tp̄e habito inſtāti cuꝫ
quo fuit p̄or intellectio: ⁊ tūc nichil tp̄is nr̄i erit
p̄mū coexiſtēs illi ſcđe intellectioni. ¶ 4°. Q̄ꝛ il
la poſitio deberet dicere ꝯſiter ꝙ intellectiones
noſtre menſurent̄ tēpore diſcreto. q̄ꝛ intellectio
nes nr̄e vident̄ eſſe tote ſimul ſm̄ ph̄m. 10. ethi-
corum cū ſint ꝑfecte et tranſeuntes et quodam
ordine ſe habētes. Et ſi dicat̄ ꝙ habeāt cōnexio-
nem quia intelligimꝰ diſcurrendo: angelus autē
non ſic. Cōtra. hoc non facit per ſe continuatio-
nem intellectionis cum intellectione. non enim
magis ſucceſſiue acquiritur cognitio vel intelle-
ctio concluſionis ex hoc ꝙ pars acquiritur poſt
partem et cognitio concluſionis per cognitio-
nem principij: q̄ꝫ ſi illa cognitio concluſionis pre
ciſe haberetur poſt cognitionem principij et ſine
ea. Similiter poſſumus habere intellectiones
diſtinctas ſuccedentes abſq̄ꝫ diſcurſu. et ſi ille

ſunt tote ſimul. igitur ille erunt non continuate et in tempoꝛe diſcreto. quod eſt ꝯ phm in ꝺ memoꝛia ⁊ reminiſcentia vbi dicit ꝙ nos intelligimus cum continuo ⁊ tempoꝛe. ℭ 5°. Quia nulla pluralitas ponenda eſt ſine neceſſitate. ſʒ nulla neceſſitas eſt ponẽdi tẽpus diſcretũ ad mẽſurandũ motũ angeli. nã q̃cq̃d ſaluat̃ ꝑ illud tẽpꝰ diſcretũ: ſaluat̃ etiã ꝑ tẽpꝰ cõtinuũ in cõmuni. ſic̃ eni oportet te dicere ꝙ ſi ꝑtrãſeat inſtãs: nõ põt imediate hr̃e aliũ trãſitũ inſtãtaneũ: ita põt poni ſi trãſeat inſtãtanee in iſtãti tp̃is cõmunis. ita ꝙ licet imediate poſſit hr̃e poſt illud inſtãs motũ cõtinuũ in tp̃e habito: nõ tamẽ põt hr̃e trãſitũ inſtãtaneũ imediatũ. Nõ eſt igit̃ incõueniẽs ponere angelũ inquãtũ participat cõditionem coꝛꝑalẽ. i. q̃ põt aliq̃ modo eſſe eiuſdẽ rõnis in illo et in coꝛꝑe: ꝙ etiã participet mẽſurã coꝛpis aliquo modo. inq̃ʒm aũt mouet̃ local'r participat vbi qꝺ eſt paſſio coꝛꝑalis vel aliquo modo eiuſdem rõnis in ip̃o ⁊ in coꝛꝑe. igit̃ põt mẽſurari mẽſura p̄mi coꝛpis moti. ℭ 6° arguit Aureolus. nõ puto inq̃t ꝙ ſit neceſſariũ ponere tẽpus diſcretũ nõ ꝯtinuũ ꝓpter diſcõtinuationẽ oꝑationũ ãgeli. nã bene poſſibile eſt dare tp̃s cõtinuũ qꝺ menſuret interrupta ſicut motꝰ interruptus fabe mẽſurat̃ tp̃e ꝯtinuo. ita ꝙ inter nũc qꝺ deſinit vnus ⁊ nũc quo incipit alius: ſit tp̃s mediũ cõtinuum. et ſic in ꝓpoſito dicẽduʒ eſſʒ ꝙ oĩes oꝑationes angeli mẽſurant̃ tp̃e ꝯtinuo ſic ꝙ licet q̃libʒ oꝑatio angeli nõ habeat eſſe niſi ꝑ inſtãs: tñ int̃ iſtãs quo ꝺſinit vna oꝑatio ⁊ alia incipit: eſt dare tp̃s mediũ ꝯtinuũ. ℭ 2° loco ꝯ eandẽ ꝯcluſionẽ q̃ ad q̃ddã dictũ in ea arguit Aureolꝰ ꝓbando ꝙ nõ ſit poſſibile duo tp̃a ꝯtinua ſimul eẽ cuius oppoſitum dr̃ in ꝓbatione ꝯcluſionis. ⁊ arguit p̄mo ſic. Tẽpus cõſtituit̃ ꝑ fluxũ ipſoꝝ nũc ſʒ p̄us et poſt ſʒ impoſſibile eſt eẽ niſi vnũ nũc. igit̃ impoſſibile eſt eẽ niſi vnũ fluxũ. quare nec duo tp̃a poſſunt ſimul eſſe. hãc rõnem inq̃t declaro in ſimili. ſm̃. n. imaginationẽ mathematicoꝝ punctꝰ fluẽs cauſat lineã ſicut nũc fluens cauſat tẽpus. ſi aũt impoſſibile eẽt eſſe niſi vnicũ pũctũ: ipoſſibile eſſet dare niſi vnicũ fluxũ ⁊ ꝑ ꝯñs niſi vnã lineã. Minoꝛ rõnis ꝓbat̃. q2 ſi nõ ſit idẽ nũc ſʒ plura: tunc aliud nunc eſſet in domo ⁊ aliud extra. vnũ nũc erit citra mare et aliud vltra mare. ⁊ ſic non eſſʒ verum ꝙ in illo nunc demonſtrato per me: rex tartaroꝛum ſedet ⁊ ego lego. Dicetur forte ꝙ licet ſint plura nunc: tamen omnia habent vnum nunc cõmune. ſ. nũc motus celi qꝺ menſurat mutatum eſſe ipſius celi. Contra. accipio illud nũc in quo ſol eſt ſub tali mutato eſſe: verum eſt dicere ꝙ ego loquoꝛ in illo nunc ⁊ in eodem nũc rex tartaroꝛum ſedet. igitur non eſt apud tartaros aliud nunc ⁊ apud nos. vel opoꝛtet ꝙ ſit aliud nunc ipſius celi. quia illud nunc celi eſt nunc in q̃ ego loquoꝛ ⁊ ille ſedet: vnde dato ꝙ eſſent plures celi: adhuc eſſet verum dicere ꝙ in eodẽ nũc quo ego loquoꝛ in iſto mundo huius celi: loquitur alius alterius celi ⁊ mundi. Aut igitur idem nunc eſt omnium celoꝛum et habeo propoſituʒ quia idem nunc eſt vtrobiq;: aut eſt aliud ⁊ aliud nunc: ⁊ tunc in illo nunc in quo ego loquoꝛ non loquitur alter ſub alio celo ſed in nũc ſui celi. hec eſt ratio cõmentatoꝛis. 4° phyſicoꝛũ cõmento 90. dicentiſ ꝙ pꝛius ⁊ poſterius ſunt idem in oĩbus motibus non multiplicatum per multitudinem eoꝛum ſicut eſt diſpoſitio in inſtãti ita ꝙ ex vnitate inſtãtis arguit vnitatem tẽpoꝛis. ℭ 2° ſic. Ratio tempoꝛis cõſiſtit in rõne pꝛioꝛis ⁊ poſterioꝛis. ſed impoſſibile eſt quãtũcumq; motus multiplicentur: ꝙ multiplicetur rõ pꝛioꝛis ⁊ poſterioꝛis. ũno ſi eſſẽt multe partes pluriũ motuũ omnes eſſent in eodẽ pꝛioꝛi ⁊ poſterioꝛi. ita ꝙ in eodem pꝛioꝛi in quo ſunt partes vnius motus: ſunt partes alterius. igitur ⁊c̃. Maioꝛ nota eſt ſ; minoꝛ probatur. nam imaginandũ eſt ꝙ p̄us et poſt ſic ſe habeant in quantitate ſucceſſiua: ſicut hic ⁊ ibi extra hoc vel extra illud ſe habẽt in quãtitate dimenſiua permanente. qm̃ ſicut differẽtie quãtitatis dimẽſiue ſunt hic vel ibi: ita differẽtie quantitatis ſucceſſiue ſunt pꝛius ⁊ poſt. ſʒ ad multitudineʒ quantoꝝ dimenſiuoꝛum non ſeq̃tur ꝙ multiplicetur hic ⁊ ibi: ⁊ ſic de ceteris differentijs alioꝛum quãtoꝛũ. ergo ad multiplicationem quãtoꝝ ſucceſſiuoꝛũ puta motuũ non ſeq̃tur multiplicatio pꝛioꝛis ⁊ poſterioꝛis. Minoꝛ huius rationis probatur. quoniam pone infinita coꝛpoꝛa ſimul in eodem loco: non erit dare reſpectu omnium iſtoꝛum niſi vnuʒ vbi ⁊ ſurſuʒ vnum et vnum extra. igitur ſimiliter pone multos motus ſimul: neceſſario erunt in eodem p̄oꝛi ⁊ poſterioꝛi. Confirmatur, quia aut pꝛius et poſt multiplicantur per hoc ꝙ vnus eſt hic aliꝰ ibi: ⁊ hoc nichil eſt dictu. pꝛius enim ⁊ poſt non multiplicantur ſm̃ ſitum ſed per ante et retro. ſed pꝛius ⁊ poſt omnium motuũ que ſunt ſimul: ſunt in eodem ante ⁊ poſt. ergo repugnantia intellectuum videtur eſſe ꝙ pꝛius ⁊ poſterius multiplicentur in motibus. ℭ 3° ſic. Niſi pꝛius ⁊ poſterius in omni motu ſint eadem: impoſſibile eſt motꝰ aliquos eſſe ſimul. ſed ꝯñs eſt impoſſibile. ꝓbatur ꝯſequentia. da enim ꝙ ſint ſimul. igitur ſunt in eodem pꝛioꝛi. quia pone ꝙ in alio pꝛioꝛi:

iam nõ ſunt ſimul. qꝛ illa ſunt ſimul q̃ ſunt in eo=
dẽ priori. igit̃ ſi aliq̃ motus ſunt ſimul: neceſſario
erũt in eodẽ ṗori: ac ꝑ hoc priꝰ et poſt nõ ſũt plu
ra ſimul ⁊ cõſequẽter nec plura tp̃a ſimul. Cõfir=
matur. qꝛ motꝰ multiplicat̃ ꝑ ante ⁊ poſt. ꝗ non
econtra ante ⁊ poſt multiplicant̃ ad multiplica
tionẽ motuũ. antecedẽs patet. qꝛ quãtitas dimẽ
ſiua multiplicat̃ ꝑ ſuũ extra puta hic vel ibi. pone
eni ꝙ duo ꝑmanẽtia ſint in eodẽ hic: iã erũt i eo=
dem extra ⁊ ꝑ ꝯñs eadẽ quãtitas. igit̃ ſi quãtitas
dimẽſiua multiplicat̃ ꝑ hic ⁊ extra: quãtitas ſuc=
ceſſiua multiplicabit̃ ꝑ ante ⁊ poſt. ꝗ motꝰ q̃ ſunt
quãtitates ſucceſſiue: nõ multiplicant̃ niſi ꝑ ante
⁊ poſt et nõ ecõtra. hec Aureolus. ¶ Cõtra q̃r=
tã ꝯcluſionẽ arguit Gregoriꝰ de arimino ꝓban=
do ꝙ tẽpus ſit vera res extra aiam habẽs eſſe cõ
pletũ ṗmo ſic. Tẽpus ẽ creatura dei. igit̃ tẽpus ẽ
vera res extra aiam vel saltẽ nõ dependẽs ex a=
ctione anime nr̃e. ꝯña patet. ſꝫ añs ꝓbat̃ aucto=
ritate Auguſtini ſup geñ. ad lr̃am in impfecto v=
bi ait. illud certe accipiẽdũ eſt in fide etiã ſi mo=
dũ nr̃e cognitionis excedat: omnẽ creaturã hr̃e
initiũ tp̃is. qꝛ ip̃m creaturã eſſe ac ꝑ hoc hr̃e ini=
tiũ ⁊c̃. Itẽ. 11° ꝯfeſſionũ in pluribꝰ locis dicit deũ
eſſe omniũ tẽpoꝝ creatorẽ. ¶ 2°. Qꝛ articulus
pariſieñ. 199. dicit ſic. dicere ꝙ euuꝫ et tp̃s nichil
ſunt in re ꝗ tm̃ apprehenſione aie error. ¶ 3° ſic.
Omne illud ꝑ qꝺ metimur moras ⁊ diuturnita=
tes motuũ: eſt tp̃s. ſꝫ aliq̃ res eſt huiuſmodi. igit̃
⁊c̃. Maior patet ex cõmuni loquutione ⁊ cõcep=
tione hominũ ꝺ tp̃e. ideo eni dicimꝰ aliquẽ mo=
tum eſſe alio diuturniorẽ: qꝛ fit in tp̃e maiori. et
aliũ minus diuturnũ: qꝛ in tp̃e minori. ⁊ aliũ eq̃:
qꝛ i equali tp̃e agit̃. Minor ꝓbat̃. nã ip̃o celo cõ
tinue moto metimur alios motus. Cõfirmat̃. qꝛ
Auguſtinꝰ. 12. ꝺ ciui. di. c. 15. dicit loquẽs ꝺ corpi
bus celeſtibꝰ cũ dñs illa inſtituit: dicit ⁊ ſint i ſig=
na ⁊ tp̃a ⁊ dies ⁊ in ãnos. ⁊ ideo talia vſitate ⁊ ꝓ
prie tp̃a appellant̃. ex quo ſeq̃t̃ ꝙ tp̃s veriſſime ẽ
extra aiam. ¶ 4°. Si negaret̃ tp̃s hr̃e eſſe cõple
tũ extra aiam: hoc eſſet ꝓ tanto qꝛ tp̃s eſſet ali=
q̇d cõpoſitũ ex partibꝰ nõ ſimul exñtibus ſꝫ ſuc=
ceſſiue. ſꝫ iſtud eſt falſum. igit̃ ꝓpter illud nega=
ri nõ debet tp̃s hr̃e eſſe cõpletũ extra aiam. Mi=
nor ꝓbat̃. qꝛ ſi tp̃s eſt huiuſmodi res: ſequit̃ ꝙ
aliq̃ res vna demõſtrata: ſimul ⁊ eodẽ tp̃e primo
fieret de nouo ⁊ eſſet. ⁊ dum eſſet: fieret. et dum
fieret: eſſet. ꝯſequẽs eſt impoſſibile. ergo et ante
cedens. impoſſibilitas ꝯſequẽtis patet. quia nul
lum qꝺ de nouo fit in tp̃e: dũ fit eſt: imo oẽ qꝺ ſic
fit: dũ fit nõ eſt. ⁊ hec ꝓpoſitio eſt euidens vt di=
cit cõmẽtator. 5° phiſicoꝝ comẽto. 13° et phs ṗ°
ꝑiarmenias. ſi ergo dũ aliq̇d eſt ip̃m fit: ſequit̃ ꝙ
aliq̇d eſt dũ nõ eſt qꝺ eſt ꝯtradictio. ſꝫ tenet ꝯña.
ſi eniꝫ tp̃s vel motus ſit talis res ſucceſſiua noui=
ter facta in mobili: certũ eſt ꝙ nõ fit niſi dũ mobi
le mouetur vt tu ꝯcedis. ¶ Forte dicet̃ ꝙ ꝓpriũ
eſt ſucceſſiuoꝝ ꝙ ſint dũ fiunt. ſuũ eni eſſe: eſt ſuũ
fieri. ⁊ mox cũ facta ſunt: eſſe ꝺſinũt. quapropter
licet illud ꝯñs ſit impoſſibile de rebꝰ ꝑmanẽtibꝰ:
nõ tamẽ de ſucceſſiuis rebus. ¶ Sꝫ iſta rñſio nul
la eſt. ṗmo. n. ꝯtradicit intẽtioni phi: et deſtruit
rõnem eius quã facit. 5° phiſicoꝝ ad ꝓbandũ ꝙ
geñratio nõ generat̃. ꝓbat. n. inter cetera ꝑ hoc
ꝙ oporteret ꝙ geñratio generaret̃ dũ eſſet. ⁊ ſic
ſimul eſſet ⁊ fieret vt deducit ibi cõmẽtator com
mẽto. 13°. Scꝺo qꝛ rõ facta equalit̃ ꝓbat de ſuc=
ceſſiuis ſicut de ꝑmanẽtibꝰ. omne. n. qꝺ fit in tp̃e:
ꝓcedit de nõ eſſe in eſſe. dũ aũt ꝓcedit de nõ eẽ
ad eſſe: nõ eſt. ex quo vltra ꝯcludit̃ ꝙ fictio ẽ po
nere talẽ rem ſucceſſiuã q̃ ſolũ ſit dum fit ⁊ nõ ſit
poſtq̃ꝫ fiebat. ¶ 5°. ex eodẽ fundamẽto. qꝛ ſi mo
tus vel tẽpus ſit talis res: ſequit̃ ꝙ aliq̃ res ⁊ ſi=
milit̃ quelibet pars eiꝰ eodẽ tp̃e ṗmo generaret̃
⁊ corrũperet̃. ſed ꝯñs eſt impoſſibile. igit̃ ⁊ ante
cedẽs. ſꝫ ꝓbat̃ ꝯña. nã accipiatur dies. 24. hora
rum ⁊ ſimilit̃ motus factꝰ in illa die. ille motꝰ eſt
genitus ⁊ ſimiliter dies vel tẽpus. vocando geni
tum oẽ illud qꝺ exiuit de nõ eſſe ad eſſe ſiue cu
ius entitas eſt in actu q̃ ṗmo erat in potẽtia. quo
modo cõmẽtator. 5° phiſicoꝝ cõmẽto. 15° dicit
ꝙ generatio eſt exitꝰ eiꝰ qꝺ eſt in potẽtia in actũ
hoc aũt modo tu nõ potes negare motũ vel tp̃s
eſſe genitũ. hic ergo motus genitus eſt in die illa
qꝛ non exiuit ad eſſe ante illud tp̃s. nec poſt nec
in aliq̃ parte diei ſꝫ in tota die ṗmo ⁊ adequate.
Et ſimiliter cuꝫ ille motus ꝑdat eſſe: oportet ꝙ
corrũpatur ṗmo in aliquo tp̃e. ſꝫ cõſtat ꝙ nõ cor
rũpitur ṗmo ⁊ adequate i aliq̃ parte diei nec an
te illam diẽ nec poſt. relinq̃tur ergo ꝙ ille motus
ṗmo capit eſſe in illa die ⁊ ṗmo ꝑdit eſſe et ſic in
eadẽ menſura generatur ⁊ corrũpitur. Et ſicut
arguitur de motu: ita de die mẽſurãte illum mo=
tũ. ſꝫ falſitas ꝯñtis patet multiplicit̃. nã 8° phyſi
coꝝ particula. 62. ⁊ ſequẽti: Ariſto. ⁊ cõmenta=
tor ſumũt ꝓ manifeſto ṗncipio ꝙ impoſſibile eſt
generationẽ ⁊ corruptionẽ eiuſdẽ rei ſimul eſſe.
imo nec eſt poſſibile generationẽ ſequi corrup=
tionẽ ſine tp̃e medio. Itẽ hic phi fundant vnã
rationẽ ſup hoc ꝙ nichil corrũpitur dum genera
tur tanq̃ꝫ ſup manifeſtiſſimo fundamẽto ad pro
bãdũ ꝙ motꝰ nõ geñret̃. Tertio qꝛ impoſſibile ẽ
idem quacũq̃ꝫ ꝟtute ſimul in eodẽ inſtanti ṗmo
creari et anichilari ⁊ hoc nullꝰ negat. ergo ex ea

dem cauſa ĩpoſſibile ē idē generari ⁊ corrūpi to=
tū cathegoreumatice in eadē mēſura pmo ⁊ ade
quate. ¶ 6°. Si tēpꝰ eſſet huiuſmodi res: ſequiť
ꝙ aliqua res eēt cōpoſita ex partibꝰ quarū nulla
eſſet. ⁊ ꝯñs eſt impoſſibile. ꝓbať ꝯña. qꝛ ſm te q̃
libet pars tēporis eſt p̄terita vel futura. nulla aũt
preterita vel futura eſt. Diceres forte ꝙ ꝯñs nō
eſt impoſſibile. qꝛ ad eſſe reꝝ ſucceſſiuarū nō req̃
ritur ꝙ omnes ptes eiꝰ ſint nec ꝙ aliq̃ pars ſit to
ta ſimul: ſꝫ ſufficit ⁊ req̃ritur ꝙ poſt quaſdā ptes
ſint alie ⁊ ꝙ actu ſit quoddā indiuiſibile cōtinu=
ans eiꝰ partes ad inuicē. Sꝫ iſta reſpōſio nō valet
qđ patet. ſumo. n. aliqđ tēpus qđ dr̃ eſſe ⁊ ſit. a. ⁊
ſit eius pars preterita. b. ⁊ futura ſit. c. ⁊ inſtās cō
tinuans iſta ſit. d. cū igiť. a. non ſit aliq̃ res p̄ter
b. c. d. ſimul vt ſuppono. aut ſi ſit alia ſit illa. f. nec
variať ꝓpoſitum. qm̄ tunc. a. ſupponit ꝓ eiſdem
omnino ꝑ q̄bus ſupponūt oīa illa ſimul. arguo ſic
a. eſt. ergo. b. c. d. ſunt. ꝯña declarať in ſimili indu
cēdo. hec domꝰ eſt. igiť hic paries ⁊ hoc tectuꝫ ⁊
hoc fundamētū ſunt demōſtratis partibꝰ illius
domꝰ demōſtrate. ſimiliť ſequiť. hic homo ē. igiť
hoc corpꝰ ⁊ hec aīa ſunt. ſimiliť ⁊ in cōtinuo ſeq̃ť
hoc bicubitū ē. igiť hic bicubitꝰ ⁊ hic cubitꝰ ſūt d=
mōſtratis illis q̄ ſunt ptes eiꝰ. ⁊ vľr a termio ſup
ponente pro aliquo toto ad omnes terminos
ſupponētes ꝓ partibꝰ illius reſpectu eſſe ⁊ exiſte
re eſt bona ꝯña affirmatiue de p̄ſenti. ſꝫ vltra ſe=
quiť. b. c. d. ſunt. igiť. b. eſt. et ſimiliter ſequiť. igiť
c. eſt. ⁊ vtrūq; eſt falſum. qm̄. b. eſt p̄teritū ⁊ non
eſt. ⁊. c. eſt futurū quod etiā nō eſt. Cōfirmatur.
qm̄ nō obſtante ꝙ mā que erit pars antexpi a=
ctu ſit: qꝛ tamē eius aīa nō eſt qꝛ antexp̄s ſuppo=
nit tam ꝑ materia q̃ꝫ ꝓ anima. tñ nō eſt nec ſeq̃ť
ꝙ antexp̄s ſit: cuꝫ tamē ex pluribꝰ hoc ip̄m eſſet
veꝝ ⁊ poſſet inferri ſi nec etiā materia eſſet. ita ĩ
ꝓpoſito ex pluribꝰ cauſis dicif. a. nō eſt: q̃ꝫ dicať
antexp̄s nō eſt. qđ tamē vltimū quilibet ſane mē
tis cōcedit. Nec valet dicere ꝙ iſta ſunt vera de
ꝑmanētibus nō aũt de ſucceſſiuis. Tū quia pari
facilitate poſſet alius dicere ꝙ ita eſſet de ꝑma=
nentibꝰ. ⁊ concedere ꝙ aliq̃ domus eſt cuius pa=
ries eſt preteritum ⁊ tectum eſt futurum et fun
damentum eſt preſens. nec hoc fortius q̃ꝫ illud
poſſet reprobari. Tum qꝛ ꝓ qualibuſcūq; rebus
termini ſupponant: dūmodo vnus ſupponat pre
ciſe pro eiſdem ꝓ quibus alij ſimul ſupponūt: im=
poſſibile eſt de illo affirmare vere eſſe ⁊ exiſtere
propoſitione de ineſſe ⁊ de preſenti ⁊ ab illis ne=
gare: q̃uis nō ſemper econtra ſit cōſequētia ſua
vt puta quādo nomen totius ſignificat partes
certo modo ſe habentes verbi gratia cōiunctas
ſeu cōpoſitas ſicut hoc nomen homo ſignificat
corpus ⁊ animam inuicē cōpoſitas nō ſic autem
eas ſignificāt nomina partiū. ¶ Preterea ꝙ di=
citur ꝙ ad eſſe ſucceſſiuorū ſufficit ꝙ quedaꝫ par
tes ſint poſt alias: nō eſt aliud dictu niſi ꝙ ſuffi=
cit ꝙ alique partes fuerint: aliq̃ vero future ſint.
Ex hoc aũt non poteſt dici vere ꝙ cōpoſitum ex
vtriſq; ſit ſicut patet cuilibet aduertenti. nō eniꝫ
eſt intelligibile ꝙ ex his que penitus nichil ſunt
aliqua vera entitas integretur aut cōſtet partia
liter. ¶ Preterea contra ſolutionem ſi nomine
tēporis ſignificetur aliquod tale cōpoſitum ſeq̃=
tur ꝙ nulluꝫ tēpus eſt preſens. ex quo vlteriꝰ ſe
quitur ꝙ nullum tēpꝰ eſt. patet prima ꝯña. quia
nullum preſens diuiditur in preteritum ⁊ futuꝝ.
vnde Auguſtinꝰ. 11° cōfeſſionum caplo. 16° ait ꝙ
ſi quid intelligiť tēporis qđ in nullas vel minutiſ
ſimas momentoꝝ partes diuidi poſſet: id ſolum
eſt qđ preſens dicať. quod tamē ita raptim trāſ=
uolat a futuro in preteritum: vt nulla morula ex
tendatur. nam ſi extendiť: diuiditur in preteritū
⁊ futurū. preſens aũt nullū habet ſpatiū. hec ille
ex hac autem ꝯña Auguſtini. ſ. ſi aliquid tempo=
ris eſt preſens ip̄ꝫ eſt indiuiſibile: ſequitur ꝙ hec
eſt vera nullum preſens diuiditur in preteritum
⁊ futurū ⁊ ꝑ ꝯñs nullū tēpus eſt p̄ſens. alioquin a
liquod tēpus nō haberet partē priorem ⁊ poſte
riorē qđ repugnat dictis tue opinionis. Sed ſe=
cunda ꝯña ꝓbatur ꝑ eūdē in caplo. 19. vbi ſic ait
ſi enim ſunt futura ⁊ preterita: volo ſcire vbi ſūt:
ꝙ ſi nōdum valeo: ſcio tamē vbicūq; ſunt nō ea
ibi futura eſſe aut preterita ſed p̄ſentia. naꝫ ſi ibi
futura ſunt: nōdum ibi ſunt. ſi etiam ibi preterita
ſunt: iā non ibi ſunt. vbi ergo ſunt quecūq; ſunt:
nō ſunt niſi p̄ſentia. hec ille. ſꝫ ergo Auguſtinū ſi
aliquid eſt: ip̄m eſt p̄ſens. igitur ſi aliquid non eſt
preſens: ipſum nō eſt. ac ꝑ hoc ſi nullum tēpꝰ eſt
preſens: nullū tēpꝰ eſt. Preterea qđ addit dicta
reſponſio de cōtinuatione illarū partium ad in=
ſtans qđ actu eſt: nō eſt intelligibile. qm̄ qđ oīno
nichil eſt: nulli enti aut nō enti continuari poteſt
vel copulari. alioquĩ vna lōga correa poſſꝫ fieri
de hircoceruis et tragelafis et chimeris qđ ab=
ſurdiſſimum ē. ꝙ ſi reſpōdeas ꝙ nō ens quod ali
quando fuit aut erit ens pōt alicui copulari: licet
non ens qđ nō fuit nec erit nulli poſſit copulari:
Cōtra hoc arguiť pmo. Qꝛ ſꝫ hoc ſequiť ꝙ poſ
ſibile eſſet vnā albedinē corruptam vel anichila
tā ⁊ vnā creandā cōtinuari ⁊ copulari alicui ⁊ eſ
ſe vnā albedinē numero qđ nullꝰ diceret. ¶ 2°.
Nā dicto tuo cōceſſo: habeť ꝓpoſitū. qm̄ tēpus
p̄teritū ſumptū ad itellectū tuū nō ſolū nō eſt ſ

neqꝫ vnq̄ꝫ fuit nec poſſibile fuit eſſe. ſimiliter ne=
qꝫ futurū vnq̄ꝫ erit nec eſt poſſibile ip̄m eſſe. igiť
nō eſt poſſibile talia copulari alicui. patet ꝯn̄a ꝑ
reſpōſionem. antecedēs ꝓbať ſicut ꝓbat Augꝰ.
vbi ſup̄. caº. 16º. ꝙ p̄teritū tempꝰ nūq̄ꝫ fuit lōgū.
Arguiť itaqꝫ ſic. Si tempꝰ preteritū vnq̄ꝫ fuit: aut
fuit dū fuit p̄teritū: aut dū fuit p̄n̄s: aut dū fuit fu=
turꝝ. Nō p̄mū. qꝛ tūc eadē rōne nūc eſſet verꝝ di
cere ꝙ tempꝰ preteritū eſt. Neqꝫ ſcd̄m. qꝛ ipſuꝫ
nūq̄ꝫ fuit p̄ſens. qꝛ impoſſibile eſt aliquod tēpus
eſſe p̄ſens alioqui aliqđ tempꝰ eſſet indiuiſibile.
Neqꝫ tertiū. qꝛ eadē ratione eſſet verū dicere ꝙ
tempus nec futurꝝ eſt. qđ nullus dicit. per idē eti
am ꝓbať ꝙ futurū tempus nūq̄ꝫ erit. qꝛ nec erit
dum erit futurꝝ. nec dū erit p̄ſens. nec dū erit pre
teritū. ⁊ patet ꝓbatio ſimiliter. Ex hoc pōt ꝓba
ri fortiꝰ ꝙ tempꝰ nō ſit aliq̄ res ſucceſſiua. qꝛ ſeq̄
retur ꝙ eſſet aliqua res compoſita ex nō entibꝰ
et impoſſibilibꝰ eſſe qđ nullus diceret. patet igiť
ꝙ argumentū p̄ncipale. 6ᵐ ſtat. nec ſolutio da=
ta aliq̄d valet. Aliter forte diceť interimendo v=
nam ꝓpoſitionē ſumptā improbando ꝯn̄tiaꝫ. ſ.
hanc q̄libet pars tēporis eſt preterita vel futura
diceť enim ꝙ tēpus eſt p̄ſens ⁊ ꝙ cuiuſlibet tēpo
ris p̄ſentis infinite partes ſunt p̄ſentes et exiſtē=
tes. qꝛ cuiuſlibet tp̄is p̄ſentis: infinite partes ſūt
habētes vnam p̄teritam ⁊ aliā futurā. verbi gr̄a
Annꝰ p̄ſens habet infinitas partes quaꝝ q̄libet
habet p̄teritā ⁊ futurā. ſ. menſem p̄ſentē ⁊ quide
nam ⁊ ſeptimanā et diem ⁊ horam ⁊ ſic in infini
tū. nulla tamē pars tp̄is eſt tota ſimul. ¶ Sꝫ cō=
tra hanc ſolutionē arguit ex eo ꝙ expreſſe aſſu=
mit falſum videlꝫ ꝙ aliqđ tēpus eſt p̄ſens. oppoſi
tū enim iā habitū eſt ꝑ Auguᵐ. Secūdo hoc pro
bať rōne eiuſdē ibidē. volēs eni ꝓbare ꝙ nō pōt
eſſe aliqđ tēpꝰ p̄ſens longū: ꝓbat ꝙ nullū tēpus
pōt eſſe p̄ſens ſuppoſita. ſ. imaginatione tēporis
p̄dicta cōtra quā tantūmodo laborat eius ratio
vt patet cōſideranti. p̄mo aūt ꝓbat ꝙ centena=
rius ānoꝝ nō pōt eſſe p̄ſens: deinde ꝙ nec vnus
ānus. ⁊ qꝛ eius v̄ba clara ſunt ⁊ in forma debite
arguentis poſita ea tātūmodo recito. vide inq̄t
ſaltem vtrū qui agiť ānus ſit p̄ſens. etenim ſi pri
mus agiť mēſis: futuri ſunt ceteri. ſi ſecūdus: iam
p̄mus preterijt ⁊ reliq̄ nōdum ſunt. ergo nec an
nus q̄ agitur totꝰ p̄ſens eſt. ⁊ ſi nō totꝰ eſt p̄ſens
nō ānus eſt p̄ſens. duodeci eni mēſes ānus ē q̄rū
quilibet vnꝰ mēſis q̄ agitur ipſe p̄ſens eſt. ceteri
aūt p̄teriti aut futuri. q̄ꝫq̄ꝫ nec mēſis q̄ agiť p̄ſens
eſt. ſꝫ vnꝰ dies. ſi p̄mꝰ: futuris ceteris. ſi nouiſſimꝰ
p̄teritis ceteris. ſi medioꝝ: q̄libꝫ inť p̄teritos ⁊ fu
turos. ⁊ ſubdit Augꝰ. ſꝫ diſcutiamus etiā ipꝫ quia
nec vnꝰ dies totꝰ p̄ſens ē. nocturnis eni ⁊ diurnis
horis oībꝰ vigīti q̄ttuor expleť. quaꝝ p̄ma: cete=
ras hēt futuras. nouiſſima: p̄teritas. aliq̄ vero in
teriectaꝝ: ante ſe p̄teritas: poſt ſe futuras. ⁊ ipſa
vna hora fugitiuis particul' agiť. q̄cq̄d eiꝰ auola=
uerit: p̄teritū ē. q̄cq̄d ei reſtat: futurū. ⁊ ideo ꝯclu
dit. ſi q̄d intelligiť tp̄is qđ in nullas p̄tes iā vel ān
minutiſſimas mōmētoꝝ p̄tes diuidi poſſit: illud
ſolū eſt qđ p̄ſens dicať ⁊c̄. vt ſup̄ recitatū ē. ecce
q̄ꝫ pateť illa ſolutio reprobať ⁊ auctoritate Au=
guſ. ⁊ eiꝰ valida ꝓbatione q̄ in hoc fundať ꝙ nul
lum tēpꝰ ē totū p̄ſens. ⁊ ſi nō totū eſt p̄ſens: nec
ip̄m eſt p̄ſens. cuiꝰ ꝓbatio eſt. qꝛ ip̄m ē oīa illa q̄
rū q̄libꝫ ē pars eiꝰ. ⁊ iō dicit ad ꝓbationē illius
vltime ꝯn̄e duodeci. n. mēſes ānus ē. et aduerte
ꝙ in p̄dicta ꝯn̄a ſumit hūc terminum totꝰ ſynca
thegoreumatice. ¶ Preterea. q̄ rōne annꝰ dr̄ p̄=
ſens. ſ. qꝛ hēt p̄tem p̄teritā ⁊ futurā copulatas ad
inſtās qđ actu ē: eadē rōne cētenariū millenariū
⁊ etiā ipꝫ ſeculū ſm̄ ꝙ ſclꝫ accipiť ꝓ toto tempo=
re p̄ſentis vite ab initio mūdi vſqꝫ ad finē poſſet
dici p̄ſens. qđ nullꝰ diceret q̄ intelligeret q̄d ſig=
nificat hoc vocabulū p̄ſens. pꝫ igiť ꝙ nec ſcđa ſo
lutio ad arguᵐ aliq̄d valet. Aliť forte dr̄ ad illud
argumentum ſic̄ de facto dicit Auice. 2º ſue ſuf=
ficiētie. caº. 13. in p̄ncipio ꝙ nullā p̄tē tp̄is eē: pōt
itelligi dupliciť. vno mō ꝙ abſolute nulla ē. alio
modo ꝙ nulla ē in hoc inſtāti ⁊ iſta vt dicit ſatis
differūt. nō eni ſeq̄ť. hoc ē. igiť hoc eſt in hoc in=
ſtāti. nec ecōtra ſeq̄ť. hoc nō eſt in hoc inſtāti. igi
tur hoc nō ē. nec eni ſunt oppoſita eē ⁊ nō eſſe in
hoc inſtāti. ſi p̄mo modo igiť intelligať ꝓpoſitio
dicendo ꝙ nulla pars tēporis ē: falſa ē. ſi ſcđo mo
do: vera ē. et eodē modo ꝯcedit ꝙ tēpꝰ nō ē. nō
eni eſt inſtās niſi in aīa ⁊ in intellectu. iſta reſpō=
ſio nulla ē. qm̄ qualitercūqꝫ debeat itelligi aliq̄d
eē in hoc inſtāti vl' nō eē: nichilominꝰ eē actualiť
ſiue nūc p̄ſentialiť vt diſtiguiť ꝯtra fuiſſe ⁊ fore:
et nō eē vtiqꝫ opponūtur. nec ē poſſibile ꝙ đ eo=
dē vere affirmeť eſſe ꝑ verbū de p̄ſenti dicendo
hoc eſt ⁊ vere negeť eſſe nunc p̄ſentialiť vt vere
dicať hoc nō eſt actualiť vel nūc p̄ſentialiť. per
hāc eni enūtiationē q̄ abſolute affirmať eē: dať
intelligi. ⁊ ita eaꝫ q̄libꝫ capit ꝙ id qđ diciť eē: nūc
actualiť ⁊ p̄ſentialiť ē. cū igiť demōſtratiue ſit cō
cluſū ꝙ nulla talis res qualē fingit opinio tua eſt
actualiť ⁊ p̄ſentialiť: neceſſario ꝯcludiť ꝙ nulla
talis res eſt. ac ꝑ hoc nec tēpꝰ ē hm̄oi res. Item
tēpus q̄cq̄d ſit: vel ē q̄d indiuiſibile vel corpꝰ ali
quod aut accidēs extēſum ad extēſionē alicuius
corp̄is. ⁊ q̄cq̄d hoꝝ dicať: ip̄m complete erit. ſi tm̄
ſit in inſtāti. i. totū ſimul. ⁊ ſic patet ꝙ nulla triuꝫ

ſolutionū īfringit argm.6m. ¶7° arguit̄ pncipaliter cōtra ꝯcluſionē. Poſſibile eſt tēpus eē nulla re nō pmanente exñte. igit̄ tps nō eſt res nō permanēs eēntialit̄ hñs prius ꝛ poſt q̄ nō pñt eē ſimul ꝯña eſt euidēs. ſ3 añs ꝓbat̄. nā poſſibile eſt ſaltē p dei potētiā abſolutā: deū ponere vnu3 corp9 in vno loco nullā aliā rē a corpe ꝛ loco diſtictā cauſando ꝛ cōſeruādo cū ipſe libere ꝛ contingent̄ agat ꝛ cauſet vel cōſeruet quācūqꝫ rē agit vel cōſeruat aut cauſat. ꝛ ſimul cū hoc nullā aliā cauſādo: poſſibile ē ꝙ imediate illud corpus ponat in alio loco. ꝛ ſic deinceps ſicut nūc actualit̄ fit quando vnū corp9 trāſfert̄ d̄ vno loco ad aliū ſine ꝗte media. hoc aūt poſito: cōſtat ꝙ tale corp9 prius erit in loco ꝓpinquiori q̄ꝫ remotiori ꝛ p ꝯñs erit tēpus. ¶Cōfirmat̄. Nā ſumātur duo corpa ꝗꝝ vnū de facto mouet̄ veloci9 ꝛ aliud tardi9. ſi nō eſt aliq̄ res talis nō pmanēs: hētur ꝓpoſitū. ſi eſt poterit de9 coagere vtriqꝫ motori ad acq̄ſitionē loci nō coagēdo agēti. ad acq̄ſitionē talis rei ſucceſſiue nō pmanētis. hoc aūt poſito: ꝯſtat ꝙ corpus qḋ nūc mouet̄ veloci9: tūc etiā veloci9 mouebitur ꝛ citius deueniet ad finē equalis ſpatij ac p hoc in tpe minori. igit̄ erit tēpus. Forte dicet̄ ad hoc datis p̄dictis caſib9: ꝙ nec vnū corp9 prius erit in loco ꝓpinquiori q̄ꝫ remotiori: nec vnum erit citi9 vel pri9 in fine ſpatij q̄ꝫ aliud. qm̄ ſicut nihil pōt eē albu3 ſine albedine. i. niſi ſit in eo illud qḋ eſſentialit̄ ē albedo: ſic nichil pōt eſſe hic vel ibi prius alio duratione ꝛ aliud poſteri9: niſi ſit in eis illud qḋ eſt eēntialit̄ prius ꝛ poſteri9. in caſib9 aūt p̄dictis nō eſt talis res. igit̄. S3 ꝯtra hoc arguit̄. q2 qua facilitate tu dicis ꝙ in illo caſu corp9 non erit prius in vno loco q̄ꝫ in alio nec erit tēp9: eadē tibi dici pōt ꝙ nūc de facto nō eſt tēp9 nec aliq̄d eſt pri9 alio ƒm duratione. qm̄ nō plus cōſtat nobis nūc de aliq̄ tali re: q̄ꝫ tūc cōſtaret. nā quecūqꝫ ꝑcipim9 nūc in corporib9 motis: tūc etiā ꝑcipere mus. cū igit̄ nūc cōcedamus tēpus eē. ꝛ vnū corpus prius duratione eſſe in vno loco q̄ꝫ in alio: cōcedendū eſt etiā ꝙ tūc eſſet. ꝛ ſi tūc eſſet ꝛ nō eſſet aliqua res nō pmanēs: ita etiā nūc dicendū ē alioqui gratis ꝛ irrationabilr̄: ponitur talis res alias. ¶8°. Si tēpus ſit talis res: ſequit̄ ꝙ poſſibile eſt duo corpa. a. ꝛ. b. ſimul incipe moueri ꝛ. a. moueri tm̄ per horam. b. aūt mille annis vel tempore equali tpi mille ānorū cōtinue: ꝛ tamē ſimt̄ pmo deſinere moueri cū ipſo. a. ita ꝙ nec prius deſcet q̄ꝫ. b. nec. b. diutius mouebit̄ q̄ꝫ. a. ꝯñs ē abſurdiſſimū. ꝓbat̄ ꝯña. nam ſi temp9 ſit talis res ſucceſſiua diſtincta a motu vt tu dicis ſiue ſit id ip3 qḋ motus dū tamen ſit talis res ſucceſſiua diſtincta a pmanētibus: totū motū qui cauſaretur i. b. in mille ānis ſi moueret̄ ſuper aliquo ſpatio propria ꝟtute coagente deo iuxta cōmunē curſum: poſſet deus ꝓpria ꝟtute cauſare cū omni ſuo accidēte tam cito q̄ꝫ cito mouebitur. a. cū in quātacūqꝫ velocitate voluerit: poſſit velocitare motū b. ꝛ cuiuſlibet corporis. hoc poſito ꝛ habito ſeq̄tur ꝙ in motu. b. erit tēpus mille ānoꝝ ſi tempus diſtinguat̄ a motu. vel ꝙ ipſe motus. b. erit tempus mille ānoꝝ ſi temp9 nō diſtinguat̄ a motu. ꝛ ꝯſequēs mouebit̄ mille ānis. et tamē ſimul incipiet et ſimul deſinet moueri cum ipo. a. iſta ratio directe ꝓcedit cōtra illos qui in quolibet motu ponūt tēpus ꝓpriū eſſe. et cōtra illos qui tm̄ i ipſo motu celi vel ipſu3 motū celi tēpus ponūt. et efficaciter cōtra eos poſſet ſic reduci. Nam oēm motū qui cauſabitur in celo p ſpatiū mille ānoꝝ poſſet deus cauſare in celo in ſpatio vnius hore. nam quotiēs celū reuoluet̄ in mille ānis ab codē puncto in idē punctū: totiēs poſſet ipm̄ reuoluere in ſpatio q̄ nunc vertit̄ p vigeſimam quartam partē ſui circuitus. vnde ſtāte vniformitate motus alicuius horologij qḋ nūc in vna hora tot lineis mouet̄ dum rota horologij ꝑciſe mouebitur p tot lineas: poterit de9 totiens cōplete voluere celum q̄tiens de facto vertet̄ a mille ānis et eaſdem numero partes motus in celo cauſare cum eiſdē omnib9 accidētibus ſuis. Ecōuerſo poſſet ꝯña declarari ponēdo ꝙ deus motū. a. vel celi q̄ de facto cauſabit̄ in vna hora: cauſare in ſpatio mille ānoꝝ qḋ vtiqꝫ poſſet cū quelibet motū poſſet in quātacūqꝫ ꝓportione tardare. huius rōnis ꝟtutem q̄uis aliter ponit Auguſtin9 vbi ſup ca° 24. ad ꝓbandū ꝙ motus celi nō eſt tēpus cui9 ꝓceſſus directe ꝓcedit ſuppoſito ꝙ motus ſit aliqua talis res exñs in celo. ¶9° ꝓbat directe ꝙ tēp9 nō ſit res talis inherens motui. ꝙ ſi ſic ſequit̄ ꝙ poſſibile erit p diuinā potētiam aliq̄d vere moueri ſine tēpore ſeu nullo tpe exiſtēte. Patet ꝯña. q2 quodcūqꝫ ſubm pōt de9 ſine accidēte ſuo conſeruare. poterit ꝗ quelib3 motū exiſtentē ꝯſeruare nullū tēpus ꝯſeruādo. qḋ ſi fieret: corpa vere mouerent̄. qm̄ in eis eſſēt veri mot9 ꝛ tamē nullū eſſet tēpus. falſitatē ꝯñtis ꝓbo. q2 ſi aliq̄d mouetur vere ꝛ ꝓprie loquendo de motu vero: ſucceſſiue et nō ſimul acquireret aut deperderet eam rem ƒm quam mouet̄ ſeu partem acquireret poſt partem. ꝛ ſic partem prius ꝛ parte3 poſterius qḋ ſine tempore eſſe nequit vt tu concedis. Cōfirmat̄ p cōmentatorē. 3° phyſicoꝝ commēto. 4° dicentē ꝙ motus nichil aliud eſt q̄ꝫ generatio partis poſt partē illius perfectionis ad

quam vadit vel tẽdit.igiť in omni motu ẽ pˀus ⁊ poſt.Et ſi dicať ꝙ licet in motu ſit prius et poſt: hoc tñ nõ ꝯuenit ſibi ex ſe et eẽntialiť ſ ꝑ aliqd ſi bi inherẽs.qꝛ põt aliqs ꝯcipe ꝙ motˀ ſit totus ſi mul:vt ꝙ aliqd ſubito moueref de loco ignis ad locũ terre:qꝛꝓpť ſi motˀ fieret ſine accidẽte ſibi inherẽte:nõ haberet pˀus ⁊ poſt.Cõtra.impoſſi bile ẽ aliqd eſſe motũ niſi ſit actus entis in potẽ tia ſm ꝙ eſt in põ.⁊ ꝑ cõſequẽs niſi aliq pars eiˀ ſit acqrẽda mobili dũ alia pars eiˀ eſt acquiſita. igiť impoſſibile eſt ꝙ aliqs motˀ ſit totus ſimul. vnde licet ſit poſſibile ꝙ aliqd ſubito trãſferatur de loco ignis ad locũ terre: illa tamen trãſlatio nõ eſſet motˀ ſi ponereť ſ eſſet mutatio indiuiſi bilis cui nõ cõueniret diffinitio motus ꝑmiſſa.ſic nõ cõuenit generationi indiuiſibili ſm cõmenta torẽ.5° phy.cõmẽto.21.Et ex hoc vlterius ſeq tur ꝙ nullus põt vere cõcipe vel opinari aliqd eſ ſe motũ cõcipiẽdo ipm eſſe totũ ſimul actũ mo bilis.confirmať.qꝛ eſſentiale ẽ motui ꝙ ſit actus impfectˀ admixtus potentie. Preterea ſi omẽs partes motˀ eſſent ſimul.igiť motˀ eſſ3 de gene re ꝑmanẽtiũ qð ipſe negas.C10.ſic ꝑncipaliter. Si motˀ eſt ſubm tpis:aut totˀ motˀ eſt ſub3 eiˀ aut aliqd eius. ⁊ ſi ſic:aut diuiſibile aut indiuiſibi le:nõ.n.aliť põt itelligi ꝙ ſit ſbm eiˀ. nõ põt dici ꝑmũ.tum qꝛ nichil eſt in motu nec in aliq re extẽ ſa indiuiſibile modo illo vt ſupra ꝓbatũ eſt.tum qꝛ eſto ꝙ eſſent talia indiuiſibilia: nõ ẽ ratio cur potiˀ ſit ſubiectiue in vno ꝙ̃ in alio eiˀ indiuiſibi li.igiť vel in nullo vel in omnibus. ⁊ eode3 modo põt ꝓbari ꝙ nõ ſit in aliq parte motˀ diuiſibili ꝑ ciſe:⁊ loquoꝛ ſemp de diuiſione motˀ ſm diuiſio ne3 mobilis in partes ſimultaneas.qð tñ ſi dare tur:adhuc inferreť incõueniẽs inferendu3. ſi po nitur vltimũ ꝙ ſit i toto motu:tũc ſequiť ꝙ motˀ erit diuiſibilis in partes ſimultaneas ꝑ lõgu3 la tum et ꝓfundũ.⁊ ſic alia pars tẽpoꝛis celi erit in oꝛiente ⁊ alia in occidẽte alia in meridie qð'ad uerſarˀ ꝓrſus negaret.hec ſunt argumẽta Gre goꝛij in foꝛma. CCõtra quitã ꝯcluſionẽ arguũt aliqui ſuſtinẽtes opinionẽ Bonauenture ponen tis ꝙ in euo ſit ſucceſſio ſine inouatione cuius op poſitũ tenet illa ꝯcluſio.Arguũt igiť ꝑmo ſic. ſi a liqua mẽſura iã duraſſet in eternũ:impoſſibile eſ ſet ꝙ deus faceret eam nõ duraſſe in ꝑterítu3.qꝛ totũ ꝑteritũ eſt ⁊ deˀ nõ põt facere ꝙ illud qð eſt ꝑteritum nõ ſit ꝑteritũ ſm Augu^m^.26.ꝯ fauſtu3 ſi ergo euũ ſit totum ſimul ⁊ habeat in ſe qcqd ẽ habiturũ in poſterũ: impoſſibile eẽt ꝙ deus de ſtrueret ipſum.hoc autem eſt impoſſibile dicere. igitur in euo eſt aliquid futurum.ergo ſucceſſio ẽ in euo. C2° ſic.Duratio eſſe angelici a ꝑte poſte rioꝛi ponitur infinita quia durabit ſine fine. ſi er go ꝓ nũc iſta duratio ſit tota ſimul vnitiue: ſe quitur ꝙ iſta duratio eſſet actu infinita qð eſt fal ſum.C3° ſic.Qꝛ ſi in aliquo finito poſſunt eẽ ne gationes poſitionũ infinite : tñ impoſſibile eſt ꝙ in aliquo finito ſint infinite negationes defectu um.Vbi grã.licet in homine poſſint eẽ infinite ne gationes poſitionũ vt hõ eſt nõ aſinˀ nõ leo ⁊c. tamẽ in eo nõ poſſunt eẽ infinite negationes de fectuũ.qꝛ negatio defectˀ eſt poſitio ꝑfectionis. vbi ergo pñt eſſe infinite negationes defectuu3: ibi pñt eſſe infinite ꝑfectiones: qð non eſt in aliq creatura.qꝛ tũc ipſa creatura eẽt infinita ꝑfecti ue.ſ ſi euũ ſit totũ ſimul hñs totũ vnitiue qð ha biturũ eſt:actu haberet infinitas negationes de fectuũ.qꝛ negationẽ defectus ꝓ craſtino die ⁊ ſic in infinitũ ſi eẽt dare infinitatẽ dieꝝ a parte poſt. cũ ergo haberet infinitas negationes defectuu3 ſeqtur ꝙ haberet infinitas ꝑfectiões poſitiue cũ negatio defectus ſit poſitio perfectionis. C4°. Hieronymus ad marcellã ⁊ eſt i gloſa exodi.3°. Et eſt in Iſidoꝛo ethimologiaꝝ li.7°.ca°.ꝑ°.in omni creatura differt ꝑterítu3 ⁊ futurũ . qꝛ ſolus deus eſt q nõ nouit eẽ fuiſſe nec foꝛe.ſi ergo nihil de duratione adueniat euo nec recedat ab eo:nõ eſſet ibi ꝑteritũ et futurũ qð negãt auctoꝛitates ſupradicte.C5°.Qꝛ deus poſſet feciſſe vnũ an gelũ et ipm deſtruxiſſe et iteꝝ eundem numero creaſſe.igiť cũ idẽ ſibi realiť ſuccederet et non ſo lũ ſm imaginationẽ:neceſſe ẽ ꝙ in eius menſura ſit realiť ſucceſſio . qꝛ realiť intercidit nõ entitas media inter eẽ angeli ⁊ eſſe illiˀ. C6°. Qꝛ ſi eſſ3 aliq vna creatura q haberet ꝑfectiones omniu3 creaturaꝝ futuraꝝ:illa creatura eſſet actu infini ta.ſi ergo poniť aliqua mẽſura q in ſe vnitiue et ſi mul habeat ꝑfectiones omniũ mẽſuraꝝ futuraꝝ eẽt menſura infinita.ſi ergo euũ ſit totum in ſe ſi mul cõtinens actu qcqd eſt futurum et qcqd eſt vniuerſaliter in tpe ſi duraret in eternũ:ſequitur ꝙ euum ſit actu infinitu3. Confirmať rõ. qꝛ ſi ſit actu ſimplex aliqd qð põt ſe cõmenſurare alicui quãto:opoꝛtet ꝙ illud ſimplex habeat tãtã ꝑfe ctionẽ quãtã hẽt illud quãtu3.igitur ſi eſſet aliqd qð poſſet ſe cõmenſurare infinito quãto ſi eẽt:il lud eſſet ſm ſe infinitũ. ſ ſic ſe habet euum reſpe ctu tẽpoꝛis ſi ſit totum ſimul qð cõmẽſurat ſe to ti tẽpoꝛi futuro:⁊ totum quod eſt futuru3 habet modo actu. C7°.ſic. Omnis creatura q eſt fini ta põt recipe additionẽ.igitur ſimiliť omis dura tio finita põt recipe additionẽ durationis. ſ qc quid tale ẽ:ſibi aliqd aduenit.igiť ⁊ aliquid rece

dit vel recedere pōt. ¶8°. Augꝰ.11.ꝯfeſſionū. ꝓ=
ſens tēpꝰ ſi ſp̄ eēt p̄ſens ⁊ in p̄teritū nō tranſiret:
iā nō eſſet tēpus ſʒ eternitas. ſi ergo euū ſp̄ eſſet
p̄ñs ⁊ nō trāſiret in p̄teritū: eēt eternitas. ſʒ ꝯñs
eſt falſū. igit̄ ⁊ añs. ¶9°. Q2 circūſcribēdo omēʒ
rōneʒ tp̄is: pōt deꝰ creare vnū angelū ante aliū.
ergo in ſua ꝓp̄a mēſura eſt ſucceſſio. ¶10. Deus
pōt anichilare vnū angelū creatū. aut ergo in p̄
mo inſtāti in quo ē aut in alio. nō in illo i q̄ eſt: q2
tūc in eodē īdiuiſibili eēt ⁊ nō eēt ⁊ ſic ꝯdictoria
eēnt ſimul vera reſpectu eiuſdē. et ſimilit̄. q2 om
ne qđ ē q̄ñ eſt: neceſſe eſt eſſe. ꝙ deſtrueret̄ ī alio.
ergo eſt ibi ſucceſſio duoꝝ inſtātiū: q2 in vno eſt
poſitiue: in alio nō. iſta argumēta recitat Garro
in forma. ¶11°. arguit̄ ſic ab alijs. Illud qđ pōt đ
ficere ab eſſe: nō hēt ſimul totū ſuū eē. qđ eni ab
eſſe deficit: nō hēt ſimul totū eſſe qđ hr̄e potuit:
q2 potuit plus eē. ſ3 angelꝰ cuiꝰ mēſura eſt euum:
pōt deficere ab eſſe ꝑ ſubſtractionē diuine influē
tie. igit̄ nō hēt ſimul totū ſuū eē. ſʒ euū eſt mēſu=
ra eē ipſiꝰ angeli. igit̄. ¶12°. Si in euo nō eſt ſuc
ceſſio. igit̄ idē erit in angelo euiterno eē fuiſſe et
fore. ſ3 deꝰ nō pōt facere angelū nō fuiſſe. igit̄ nō
poſſet facere ip̄m nō eē vel ip̄m nō fore. ¶Con=
tra ſextā ꝯcluſioneʒ arguit̄ ꝓbādo ꝙ nō ſit idem
euum omniū euiternoꝝ. Et q̄deʒ ad hoc arguit
Egidius multiplicit̄. p̄mo ſic. q2 dicitur p̄mo me
thaᵉ. ꝙ vbi eſtimat̄ ꝙ nō eſt additio aut diminu
tio: illud eſt mēſura vera. vñ q2 motꝰ celi eſt ita
regularis ⁊ vniformis ꝙ nō poſſet fieri regulari=
or ⁊ vniformior: ideo ē mēſura omniū alioꝝ mo
tuū. ꝓpt̄ qđ ſi vnū euiternū deberet eſſe mēſura
omniū euiternoꝝ: oporteret ꝙ eēt ibi ſtatus q̄ʒ ᵐ
ad ſimplicitatē ita ꝙ nō poſſet fieri euiternū ſim
pliciꝰ qđ dicimus eē falſum. non eni poſſet creari
angelus ita ſimplex: qui poſſʒ creari ſimplicior.
¶2°. Q2 quāto aliq̄ ſunt p̄ora in entibꝰ: tanto
inter mēſurā ⁊ menſuratū eſt maior analogia. al
bū enim ē in eodē genere cū alijs coloribꝰ ab illo
mēſuratis. ꝓpt̄ qđ modicū ē ibi đ analogia. ſ3 in
quātitate q̄ ꝓximo inheret ſubē q̄ʒ q̄litas vt di=
cit cōmentator. 12° methaᵉ. maior ē in ea analo
gia. ⁊ ideo maior ē in ea menſura vel indiuiſibile
ſimplicit̄. ſicut vnitas vel indiuiſibile ſm̄ poſitio
nē nr̄am ſicut vlna vel aliq̄d hm̄oi. īdiuiſibile. n.
nō eſt in gen̄re quātitatis niſi ꝑ reductioneʒ. In
ſb̄a aūt eſt adhuc maior analogia. nā omnis ſb̄a
mēſurat̄ vna ſb̄a. hm̄oi aūt ſb̄a ſm̄ cōmētatorem
ē motor p̄mꝰ abſtractꝰ ab oi mā q̄ nec ē in eodeʒ
gen̄re cū alijs ſubſtātijs: imo nullo modo ē in ge
nere. Similit̄ igit̄ ⁊ ip̄a eē euiternoꝝ reducentur
in vnā mēſurā maxime analogā. ſ. in ip̄m eē diui
nū. ꝓpt̄ hoc eni oīa entia nō poſſunt reduci ī ali=
quā vnā menſurā niſi in deū. multo ergo fortius
ſubē euiternoꝝ ⁊ eē eoꝝ q̄ ſunt nobiliſſima inter
entia ⁊ int̄ ſub̄as: nō poterūt reduci in menſuraʒ
niſi in ſb̄am dei ⁊ eē eiꝰ: ita ꝙ deꝰ vt eſt p̄mū ens:
mēſurabit omīa entia. vt ē prima ſb̄a: mēſurabit
omēs ſub̄as. vt ē prima ſb̄a itellectualis ⁊ p̄mum
eſſe itellectuale: mēſurabit omēs ſub̄as itellectu
ales ⁊ oīa eē intelligibilia. ¶3° ſic. Mēſura eſſe
cū eſſe ſit actꝰ: ē menſura durationis. q2 in actibꝰ
mēſurat̄ quātitas durationis. illa igit̄ ſunt mēſu
ra eſſe aliquoꝝ: a q̄bꝰ depēdet duratio eoꝝ. du=
ratio aūt depēdet ab eodē a quo ⁊ conſeruatio.
nullus angelꝰ depēdet ab alio q̊ ad cōſeruationē
igit̄ nec quo ad durationē. ꝓpt̄ qđ vnꝰ non erit
mēſura alteriꝰ nec eē vniꝰ eſſe alteriꝰ. ¶4°. Mē
ſura facit cognitionē de mēſurato ⁊ hoc ſimplicit̄
ad cognitionē aūt rei ſimplicit̄: nō facit niſi qđ eſt
cauſa rei vel cōparat̄ ad rē ſicut habitꝰ ad priua
tionē. ſm̄ quē modū albū eſt mēſura omniū colo
rū: q2 oēs colores ſunt q̄ſi quedā p̄uatiōes ipſiꝰ
albi. vnꝰ aūt angelꝰ nō facit ad eſſe alterius nec
vnꝰ cōparat̄ ad aliū ſicut forma ad p̄uationeʒ. ⁊
ideo vnꝰ nō eſt mēſura alteriꝰ. ¶5°. Nō oīa eui=
terna ſimul inceperūt vt pʒ de angelis ⁊ aīabus
q̄ ꝯtinue de nouo creāt̄. ergo habēt diuerſas mē
ſuras et diuerſa eua. ¶6° arguit̄ ſic ab alijs. Si
eſſet vnū euū omniū euiternoꝝ: illud poneretur
ſubiectiue ī euiterno ſūmo ſicut tp̄s ī motu p̄mo.
cū ergo p̄mꝰ angelꝰ ceciderit: ſequit̄ ꝙ menſura
illius eēt mēſura alioꝝ angeloꝝ. ſequit̄ etiam ꝙ
aīa xp̄i mēſuraret̄ mēſura luciferi q̄ ſunt inconue
niētia. ¶7°. ſic. Si eſſet tm̄ vnū euum: illud eſſʒ
in ſūmo euiterno. ergo eo đſtructo nullū eſſʒ euū
alioꝝ: ⁊ ſic eſſet durās ſine duratione. ¶8°. ſi po
nat̄ vnū euū oīum angeloꝝ: ſaltem celū habebit
aliud euū: q2 mēſura debet eē vnigenea cū mēſu=
rato. ſ3 angeli differunt a corporibꝰ celeſtibꝰ. igit̄
Cōfirmat̄ ꝑ hoc. q2 nullus angelꝰ ē mēſura p̄mi
celi. qđ tamē oporteret. q2 ex hoc tp̄s menſurat
omēs alios motꝰ inferiores: q2 fundat̄ in motu
qui imediate mēſurat omēs motus. ſʒ p̄mus an=
gelꝰ nō eſt mēſura p̄mi celi. ergo nec mēſura pri=
mi angeli erit mēſura p̄mi celi. ¶9°. Q̄ñ aliqua
ſm̄ ſe ſunt eiuſdē rōnis: hñt menſurā cōſimilem.
ſʒ omēs angeli ſunt eiuſdē rōnis q2 eēntia eoꝝ ē
participata ⁊ ſimul tota et ꝑpetua. ergo habebūt
mēſurā cōſimilē. ſed ſupremus angelꝰ habet mē=
ſurā ſuā intra ⁊ eternitateʒ menſurantem extra.
quare ⁊ infimus habebit euū intra ſe pro mēſu=
ra intrinſeca: et eternitatem extra ſe. ⁊ eodē mo
do omnes itermedij cum ſint eiuſdem rationis

ꝙ̃ᵐ ad hoc. ¶ 10. Si deꝰ feciſſet nõ tm̃ vnũ angelum ſ duos angelos nobiliores om̃ibus tamen equales inter ſe in oĩbus: nõ eſſet maioꝛ rõ quare magis euũ eſſꝫ in vno ꝙ̃ in alio. nec põt vnuꝫ euũ eẽ in vtroqꝫ. qꝛ vnũ accidẽs numero nõ eſt i duobꝰ ſubiectis. igĩ erũt plura eua. ¶ 11°. Quãto natura ſpũalis eſt ſupioꝛ et nobilioꝛ: tãto ſm ſe eſt ſimplicioꝛ ⁊ actualioꝛ et minꝰ hẽt de potentialitate. ſi ergo repugnet angelo iferioꝛi ꝙ recipiat in ſe mẽſurã differẽtẽ realiť a ſuba ſua qꝛ recipere ẽ ſm potẽtialitateꝫ: multo magis hoc repugnat ſupioꝛi. qꝛ tñ nõ repugnat ſupioꝛi ſm te: ergo nec repugnabit inferioꝛi hr̃e intra ſe mẽſuram realiť differentẽ a ſuba ſua. ¶ 12° ſic. Sicut ſe hẽt tẽpꝰ ad tꝑalia: ſic euum ad euiterna. ſꝫ tp̃s qꝺ eſt mẽſura omniũ tꝑaliũ nõ eſt in aliquo temporali ſicut in ſubiecto: ſed in celo qꝺ eſt euiternũ ⁊ ſupꝛa omne tp̃s. igĩ illud qꝺ eſt mẽſura oĩꝫ euiternoꝝ nõ eſt ſubiectiue in aliq̃ euiterno: ſꝫ in aliquo qꝺ ẽ ſupꝛa omne euiternũ ⁊ hoc eſt deus. ¶ 13°. arguit ſic Durãdus. Illud cuiꝰ duratio et quãtitas durationis ẽ notioꝛ ex ſua ꝓpꝛia rõne ꝙ̃ ſit ex ɔparatione ad alteꝝ: nõ mẽſuraĩ quo ad ſuã duratiõnẽ ꝑ alteꝝ. ſ qꝺlibet euiternũ ẽ hm̃oi igĩ ⁊c̃. Maioꝛ patet. qꝛ ꝑ mẽſurã debemꝰ certificari de quãtitate mẽſurati. qꝺ nõ hẽt locum qñ quãtitas mẽſurati ex natura ꝓpꝛij ſubiecti ẽ notioꝛ ꝙ̃ poſſit notificari ex cõparatione ad alteꝝ. Minoꝛ ꝓbaĩ. qꝛ ꝓpa rõ euiterni eſt nõ poſſe deficere ſm nãm. ⁊ ex hoc notuꝫ eſt ꝙ duratio eius eſt ꝑpetua. nec ex cõparatione ad q̃dcũqꝫ aliud põt hoc eẽ eq̃ certũ. q̃re ⁊c̃. ¶ 14°. arguit ſic. Infinitũ in duratione nõ hẽt mẽſurã durationis qꝛ cõtra rõnem ifiniti ẽ eẽ mẽſuratũ. ſꝫ duratio euiťnia ꝑte poſt: eſt infinita eo ꝙ nõ põt deficere. ergo nõ hẽt mẽſurã. Et ſi dicaĩ ꝙ euiterna nõ ſunt ꝑpetua ſeu infinite durationis a parte ante ſ ſolũ a ꝑte poſt ⁊ ideo euiterna a ꝑte ante poſſunt hr̃e mẽſurã et vnũ eẽ mẽſura oiuꝫ alioꝝ. Dicẽdũ ad hoc ꝙ ſi euiterna hẽrent aliquã mẽſurã ꝑ quã inoteſceret quãtitas durationis eoꝝ ex nũc i ante: illa tñ mẽſura nõ poſſet eẽ aliq̊d ex euiternis. qꝛ oĩa euiterna ſimul ceperũt eẽ: ⁊ natura cuiuſlꝫ eoꝝ eſt nũꝙ̃ poſſe deſinere. ꝓpť qꝺ ex natura cuiuſlibꝫ: magis notũ ẽ qꝺ duret ꝙ̃ ꝙ ſit notuꝫ per aliud. durauit eñ ⁊ durabit raphael ꝙ̃ᵐ gabꝛiel ⁊ michael vel lucifer. ⁊ iſta quãtitas durationis: eſt notioꝛ ex natura ꝓpꝛij ſubiecti ꝙ̃ ex duratione alteriꝰ. ⁊ ideo duratio vnius nullo modo eſt duratio alteriꝰ. ¶ 15° arguit ſic. Nichil eſt mẽſurabile niſi ſꝫ ꝙ induit rõneꝫ quãti. ſꝫ duratio euiterni ſm ſe nõ eſt quãta cũ nõ hẽat partẽ ⁊ ꝑteꝫ.

induit aũt rõnem quãti q̃tenꝰ coexiſtit duratiõi quãte puta motui vel tꝑi. ergo euiternũ ſꝫ ſe nõ hẽt mẽſurã: ſꝫ ſm coexiſtẽtiã eiꝰ ad motũ: ⁊ tunc hẽt eandẽ mẽſurã quã motꝰ. vñ dicimꝰ ꝙ q̃libet angelꝰ durauit quãtuꝫ durauit mũdus ſeu motꝰ et tp̃s. ex q̊ pꝫ ꝙ ꝑ nullã mẽſurã vnigeneã põt mẽſurari quãtitas durationis quã habuerũt euiterna ex q̊ creata ſunt vſqꝫ nũc: ſ ſolũ ꝑ ethereogeneam q̃ eſt tp̃s. iſta ſunt ꝑ̇ncipalia obiecta ɔ̃ illaꝫ ꝑtem ɔcluſionis. ſ. ꝙ ꝑ̇mũ euiternũ ſit mẽſura alioꝝ. ¶ Cõtra aliã ꝑteꝫ eiuſdẽ ɔcluſionis ſexte i q̃ poniĩ ꝙ euũ eſt in ꝑ̇mo euiterno ſicut in ſubiecto arguiĩ. Sic ſe hẽt euũ ad eẽ euiterni: ſicut tẽpus ad motũ ſm Dioniſiũ. 10. ca°. ꝺ diuinis no. ſ tp̃s nichil abſolutũ dicit ſupꝛa motũ. ꝫ nec euũ ſuꝑ eẽ euiterni. Minoꝛ ꝓbaĩ. qꝛ tp̃s non eſt niſi numerꝰ motꝰ ſm ꝑ̇us ⁊ poſt. ſic ꝙ hec ꝑ̇us ⁊ poſt dicũt duo moueri icludẽtia vnũ mutatũ eſſe vel duo mutata eẽ icludẽtia vnũ moueri. ſ tp̃s ẽ iſta vtroqꝫ modo vt numerata: nec ẽ realiť differentia in eis vt numerata ⁊ vt nõ numerata. ⁊ ideo nec tp̃s nec motus realiť differt. qꝛ ꝑ̇us ⁊ poſt vt nõ numerata: ſunt ip̃e motꝰ. vt vero ſunt numerata: ſũt ip̃ꝫ tp̃s. ⁊ hoc dicit cõmẽtatoꝛ. 4° phy. cõmẽto finali ꝙ tp̃s eſt ꝑ̇us ⁊ poſt in motu ipſo. ¶ 2°. Sic ſe hẽt euũ ad euiternũ: ſicut qñ ad illꝺ cuiꝰ eſt qñ. ſ ipſum qñ nichil reale addit ſuꝑ illꝺ cuiꝰ eſt. qꝺ patet ꝑ Boetiũ ꝺ trini. qñ ſuꝑ reꝫ cuiuſ eẽ: nichil addit niſi habitudinẽ ad tp̃s. Similiter ſimpliciꝰ ſuꝑ p̃dicamẽta recitat dictũ cuiuſdã phĩ platonici q̊ dicit ꝙ qñ nichil abſolutũ addit ſuꝑ rẽ cuiꝰ eſt ⁊ approbat eiꝰ ſentẽtiã. ¶ 3°. Illud qꝺ põt aduenire alicui ſine mutatione eius reali: nõ addit aliq̃d abſolutũ ſuꝑ illud. ſ hm̃oi ẽ euũ. qꝛ euũ eſt in ꝑ̇mo euiterno. et ſi deꝰ faceret aliũ angelũ nobilioꝛẽ: hoc ſolo facto: tũc euũ eẽt in eo nulla mutatione facta circa euũ. ⁊ illo ſuperioꝛe deſtructo: eſſꝫ euũ in alio nobilioꝛi poſt ip̃ꝫ ſine aliq̃ mutatione ip̃ius ſecundi angeli. igĩ nihil abſolutũ dicit ſuꝑ̃ eſſe ãgeli niſi ſolũ reſpectũ ¶ 4°. Qꝛ euũ nõ dicit aliq̃d niſi ſimultatẽ rei in eſſendo. ſ oĩ alio abſoluto circũſcripto ab euiterno: ip̃m euiternũ de ſe hẽt ſimultatẽ in eẽndo. qꝛ hoc ineſt ſibi ex nã ſua ꝙ ſit totũ ſimul. ¶ 5° Iſta ſe hñt ſm oꝛdinẽ. eſſe angelicũ ⁊ euum ſiue ipſa duratio et ꝑpetuitas durationis. qꝛ ex hoc ꝙ tale hẽt totũ eſſe ſimul: durationem totã hẽt ſimul et qꝛ ꝑpetuũ: iõ duratio ꝑpetua. ſ ꝑpetuitas que habet eẽ i tertio oꝛdine: nihil addit ſuꝑ ſbam angelicã. ꝫ multo fortiꝰ nec ip̃a duratio q̃ mediat inter eẽntiã ãgelicã ⁊ ꝑpetuitatẽ: nichil reale addit ſuꝑ eẽntiã ãgeli. qꝛ minꝰ diſtat vl' ſaltẽ nõ magis

mediũ ab extremo ꝙ̃ extremũ ab extremo ¶6°
Ipꝫ euũ aut ē duratio eē angeli: aut ē illud quod
mēſurat illã durationē. ſi ſit ipa duratio ãgeli: cũ
ipa duratio nõ differat ab eē angeli: nec ipm euũ
differt ab eodē. Qꝺ aũt ipſa duratio nõ differat
ab eē angeli ꝓbat̃. qꝛ quãtuꝫ eſt ipm eē: tãta ē ip
ſa duratio. ſi vero euũ ſit aliqd aliud ab ipa dura
tione et mēſuratio ipius durationis: tunc cuꝫ mē
ſura ſit ṗoꝛ mēſurato: ṗus erit euum ꝙ̃ ipſa dura
tio. ⁊ ꝑ ꝯñs ṗus ineſt euũ angelo ꝙ̃ duratio. cum
ergo duratio q̃ remotiꝰ ſe hẽt ad ipm ãgeluꝫ ni=
chil addat: nec euũ qꝺ priꝰ eſt aliqd addit. ¶7°
Euum nõ ē aliud ꝙ̃ ipa duratio q̃ eē ãgeli durat
ergo ē aliq̃ res. tũc q̃ro aut ipſa duratio dicit a=
liã rem ſuꝑ rē mēſuratã: aut nõ. ſi nõ: habet̃ ꝓpo
ſitũ. ſi ſic: illa res quã addit ſupꝛa mēſuratuꝫ ma=
nēs eſt ⁊ hẽt eē. igit̃ hẽt mēſurã. Tũc q̃ro ꝺ mēſu
ra illa ⁊ ipo mēſurato ⁊ ita vel erit ſtãdum i ṗmo
ꝙ mēſura ſua nichil addit ſuꝑ̃ mēſuratũ: vel erit
ꝓceſſus in iſinitũ. ⁊ iſto modo arguit cõmētatoꝛ
cõtra Auicenã. 4° methaᶜ. in ṗncipio ꝓbãdo ꝙ
ens et vnuꝫ nichil addũt ſupꝛa eēntiã rei. ¶8°.
Si euum ſit aliud abſolutũ ab euiterno: poſſꝫ er
go deꝰ facere vnũ ſine alio. ⁊ ſequitur contradi=
ctio quia eſſet duratio ſine durante vel durãs ſi
ne duratione. Iſta argumenta recitat Garro.

QUãtum ad ar=
ticulũ tertiũ ṗmo notandũ ē ſm
phꝫ. 4° phy. ꝙ tēpus ē numerꝰ
⁊ mēſura motꝰ ſm ṗus ⁊ poſte=
rius. qꝛ eni motꝰ eſt ens ſucceſſi
uũ: ſemꝑ vna pars ſuccedit alteri ⁊ vna ē ṗoꝛ al=
tera. hmõi autē ꝑtes vt ſunt plures ⁊ ſibi inuiceꝫ
ſuccedētes ſm rõneꝫ ṗoꝛis ⁊ poſterioꝛis: ſunt tē
pus. vñ tp̃s duo iplicat i ſui rõne totali. ſ. mãle ⁊
foꝛmale. materiale ſunt vel ipe partes motꝰ ſibi
inuicē ſuccedētes: vel plura nũc ad minꝰ duo int̃
q̃ eſt tp̃s. foꝛmale aũt eſt ipaꝝ partiuꝫ vel ipoꝝ
nunc numerꝰ ⁊ mēſura. et qꝛ hmõi ꝑtes motꝰ ſi=
bi inuicē ſuccedũt in q̃dam ꝯtinuitate quam hẽt
motꝰ a mobili ⁊ a magnitudine ſꝫ quã eſt motꝰ:
inde eſt ꝙ tp̃s ꝙ̃ᵐ ad ſui mãle eſt q̃d ꝯtinuũ. ⁊ ſic
ponit̃ a pho. liᵒ p̃dicamētoꝝ int̃ ſpēs quãtitatis
ꝯtinue. ꝙ̃ᵐ vero ad ſuũ foꝛmale ꝑtinet ad genꝰ
ꝙ̃titatis diſcrete ꝓut. S. T. dicit opuſ. 36. de in
ſtã. caᵒ ṗᵒ. nõ ꝙ tp̃s ſit ex equo i duobꝰ gen̄ribus
quãtitatis: ſ ſicut dicit magnꝰ Albertꝰ i cõmēto
ſuꝑ p̃dicamēta caᵒ ꝺ tpe. ſimplr̃ ē i gen̄re ꝯtinui ⁊
ſꝫ aliq̃d accipit foꝛmã diſcreti. hoc tñ videt̃ itelli
gēdũ ꝺ foꝛmali tpis ſꝫ aptitudinē inꝙ̃ᵐ. ſ. priꝰ ⁊
poſteriꝰ i motu etiã ſine actiõe aie: ſũt numerabi
lia queadmodũ ⁊ ſine ſēſu ſũt ſēſibilia. nã ꝙ̃ᵐ ad
foꝛmale tꝑis ſꝫ actũ qꝺ ē ex ipa actuali numera=
tiõe ṗoꝛis ⁊ poſterioꝛis motꝰ: cũ ſit ꝑ actũ aie nu
merãtis nõ videt̃ ꝙ ꝑtineat ad p̃dicamētũ reale
qꝺ eſt quãtitas. ꝓpt̃ qꝺ phs dicit. 4° phy. ꝙ tp̃s
ſine aia ē vtcũꝗ ens. i. nõ totalit̃ ꝯpletũ. eo ꝙ a=
ctualit̃ nõ ē numerꝰ motꝰ ſine actiõe aie numerã
tis ꝑtes ṗoꝛes ⁊ poſterioꝛes motꝰ: aut etiã iſtan
tia ſꝫ ṗus et poſteriꝰ ſibi inuicē ſuccedētia. vñ tp̃s
inꝙ̃ᵐ ē q̃ddã totũ cõtinuũ ⁊ ſucceſſiuũ: realē extñ
tiã hẽt extra aiaꝫ ⁊ ꝑtes eius realr̃ ſibi inuicē ſucce
dũt. et tñ ꝙ hmõi ꝑtibꝰ numerētur actu ⁊ mēſurē
tur ṗus ⁊ poſteriꝰ i motu ⁊ ꝙ fiat ipaꝝ partiũ ad
inuicē actualr̃ ꝯparatio ſꝫ ṗus ⁊ poſteriꝰ ſm quã
tp̃s foꝛmalr̃ hẽt rõneꝫ mēſure: ē ꝑ actionē itelle=
ctꝰ cuiꝰ ē nõ entia apprehēdere vt entia ⁊ res ſuc
ceſſiuas tanꝙ̃ ſimultaneas ac ꝑmanētes eas ad
inuicē ꝯparãdo. Accipiũt̃ iſta ꝺ mēte. S. T. opuſ.
44. ꝺ tpe. Et opuſ. 36. ꝺ iſtãtibꝰ. Et. 4°. phy. i
cõmēto. Et ṗᵒ ſen. di. 19. q. 2. ar. ṗᵒ ⁊. q. 5. ar. ṗᵒ.

¶Secundo Notãduꝫ ē ꝙ vt phs
dicit. 4° phy. tp̃s eſt
numerꝰ nõ abſtracte ſũptꝰ vt duo tria ⁊c. ſꝫ ē nu
merꝰ applicatꝰ rebꝰ q̃ꝝ ē numerꝰ queadmodũ di
cimꝰ tres hoies aut q̃ttuoꝛ boues. cũ ḡ numerus
reꝝ. i. rebꝰ applicatꝰ ſit ſubiue in ipis rebꝰ numera
tis ſic ternariꝰ hoim ē in ipis tribꝰ hoibus: ſeq̃t̃ ꝙ
tp̃s ſit ſubiue i eo cuiꝰ ē numerꝰ. ē aũt numerꝰ ṗo
ris ⁊ poſterioꝛis i motu vt ibi phs dicit. non põt
aũt eē i ṗoꝛi ⁊ poſterioꝛi cuiuſlꝫ motus ita vt tot
ſint tꝑa quot motꝰ. tũ qꝛ hoc ē ꝯ̃ doctrinã phi in
eodē liᵒ. tũ etiã qꝛ vt ibi phs dicit mēſurari a tpe
ē tpe ꝯcludi ⁊ ab ipo excedi. oē. n. qꝺ tpe mēſurat̃
hẽt ṗnᵐ ⁊ finē i tpe. ſ ſi tp̃s eēt ſubiue i q̊lꝫ motu:
tp̃s nõ ꝯcluderet aliquē motũ nec ipꝫ excederet
imo excederet̃ ⁊ ꝯcluderet̃ a q̊lꝫ ſic accñs a ſubo
ac ꝑ hoc nec tp̃s eēt mēſura motꝰ. relinq̃t̃ igit̃ ꝙ
tp̃s ſit ſubiue in aliq̊ motu cũ ſit numerꝰ motꝰ et
nõ in oibꝰ. q̇s aũt ſit hic motꝰ: cõſiderãdũ ē ꝙ vt
phs docet. 10. methaᶜ. i vnoq̇ꝗ gen̄re id qꝺ ē ṗ=
mũ ⁊ ſimpliciſſimũ ac magis vnifoꝛme: ē oiꝫ alio
rũ mēſura. nã mēſura vt ibi phs dicit ē illud ꝑ qꝺ
mēſurata nota fiũt certificãt̃ et regulãt̃. hmõi ãt
ꝓṗetates: ṗmo ⁊ ſimpliciſſimo ac magis vnifoꝛ=
mi i q̊lꝫ gen̄re ꝯueniũt ꝓut ibidē ex dictis phi ac=
cipit̃. Cũ ãt iter motꝰ coꝛpoꝝ motꝰ local̃ ṗmi mo
bilis ſit ṗmꝰ ⁊ magis vnifoꝛmis ac regular̃ eo ꝙ
ſit circular̃ ac ꝯtinuꝰ et vnifoꝛmis ꝓut phs pꝛo=
bat. 8° phi. ſeq̃t̃ ꝙ motꝰ ṗmi mobil̃ ſit oiꝫ motuũ
mēſura cũ eiꝰ mēſura ſit notiſſima. qꝛ ꝟo tp̃s eſt
mēſura motꝰ: ꝯſeq̃t̃ ꝙ ſit paſſio vl̃ accñs motꝰ ṗ
mi mobil̃ ⁊ ſit i eo ſicī ſubo. vñ motꝰ ṗmi mobil̃ ē

p̄nm ⁊ mēſura oīʒ motuū corpoꝝ īferioꝝ: nō ſolū
ex rōne mot⁹ q2 ab ip̄o illi aliq̄ mō dp̄edēt: ſ3 etiā
ē mēſura illoꝝ q̄ꝫm ad durationē rōne tp̄is qȯ in
eo ē ſubiue. Et q2 vt paꝝ ſup̄ dicebam⁹ accñs nō
ꝯcludit aut ꝯtiet nec excedit ſubꝫ: mēſura vero
ꝯcludit ⁊ excedit mēſuratū iō tp̄s nō ē p ſe ⁊ p̄mo
mēſura mot⁹ p̄mi mobil' ſ3 ei⁹ accñs. nō. n. mot⁹ p̄
m⁹ vl' p̄mi mobil' ſ3 ſe totū ꝯcludit aut ꝯtinetur
ſub tp̄e nec ab eo excedit. nā et extēſiōe ſūt eq̄lia
q2 tātū ē tp̄s q̄ꝫm ē mot⁹ p̄m⁹ ⁊ eꝯ. excedit tñ ⁊ ꝯti
net tp̄s a motu p̄mo ſicut accñs a ſubo. eſt ḡ tp̄s
mēſura mot⁹ p̄mi mobilis nō per ſe p̄mo ſ3 rōne
partiū. quel3 nāq3 circulatio mot⁹ p̄mi ꝯcludit ⁊
excedit a tp̄e ⁊ iō ꝓp̄e tp̄e mēſurat. vñ tp̄s ē paſ=
ſio vel accñs toti⁹ mot⁹ p̄mi: ſ3 eſt mēſura p ſe lo
quēdo partiū ei⁹ nō toti⁹ niſi ſm ptes. alioꝝ aūt
motuū a p̄mo: eſt ꝓp̄e mēſura nō accñs aut paſ=
ſio. Ex q̄ inferim⁹ ꝙ cū ph̄s dicit. 4° phy. ꝙ tem
pus eſt numer⁹ numerat⁹ ſeu numer⁹ reb⁹ appli=
catus: loq̄tur de tp̄e ꝓut eſt numer⁹ p̄mi motus
nō ꝓut eſt numer⁹ alioꝝ motuūʒ in q̄bus nō eſt
ſubiue. nā in reſpectu ad iſtos: tp̄s numer⁹ nume
rās ē: nō numer⁹ numerat⁹. ⁊ numer⁹ abſtract⁹:
nō reb⁹ applicatus q̄ſi in eis exiſtēs. queadmodū
ſi tribus virgis mēſurarēt mille pāni: numer⁹ ter
narius in trib⁹ ꝟgis eſſ3 numer⁹ numerat⁹. ſ3 reſ=
pectu pānoꝝ: eſſet numer⁹ numerās cū ſit ab eis
abſtract⁹ nō eis inexiſtēs ſ3 eos menſurās. Et q2
numero ſm ꝙ hēt rōnem menſure p ſe ꝯuenit ꝙ
ſit numer⁹ numerās nō aūt ꝙ ſit numer⁹ nume=
ratus: inde eſt ꝙ tp̄s reſpectu alioꝝ motuū a mo
tu p̄mi mobilis: magis hēt rōnem mēſure q̄ꝫ reſ=
pectu p̄mi motus. eo ꝙ reſpectu illoꝝū ē numer⁹
numerās nō numer⁹ numerat⁹. et inde ē ꝙ tp̄s
dr̄ ſimplicit. i. ſine determinatione mēſura extri=
ſeca: q2 vꝫ reſpectu alioꝝ motuū a p̄mo quoꝝū ē
ꝓp̄e ⁊ p ſe numer⁹ numerās: eſt mēſura extrīſeca
ipſi⁹ aūt mot⁹ p̄mi ē mēſura intrīſeca cū ſit in eo
nō ſolū ſicut numer⁹ in re numerata ſ3 ſicut accñs
in ſubo. Accipiūtur p̄miſſa de mēte. S. T. opuſ.
44. Et in cōmento ſup. 4° phiſicoꝝum. Et. 2°
qȯlib3. arti. 5°. Et p̄ma pte. q. 10. ar. vltimo.

¶ **Tertio** Notādū ē ꝙ vt accipi pōt a ph̄o. 10. methaᵉ. rō mēſu=
re p̄° reperit ī numeris ⁊ p p̄us ī vno qȯ ē p̄nm nu
meri. vñ et numer⁹ diffinit ibidē a ph̄o ꝙ ē multi
tudo mēſurata p vnū. ex vno āt rō mēſure trāſfer
tur ad alias res ꝓpt aliquā ſilitudinē. vnū āt qȯ
ē p̄nm numeri ē ei⁹ mēſura q̄ꝫm ad duo. ſ. q̄ꝫm ad no
ticiā ⁊ q̄ꝫm ad cōmēſurationē. p vnū. n. cognoſci=
m⁹ numeꝝ. ⁊ vnū p ſui replicationē ꝯmēſurat ſe
cuil3 numero. Aliq̄ñ ḡ rō mēſure trāſfert ad alia
q̄ꝫm ad p̄mū et nō q̄ꝫm ad ſcdꝫ. ſic albedo ē mēſu=
ra coloꝝ nō ꝙ p ſui replicationē reddat oēs colo
res: ſ3 q2 cū hēat pl⁹ d nā lucis ē notioꝛ ceterꝭ co=
loꝛib⁹. ſic etiā ⁊ p̄mā ſbaꝫ pōim⁹ mēſurā oīʒ ſbaꝝ
q2 ē notioꝛ ſbſtātijs oīb⁹. Aliq̄ñ ꝟo rō mēſure trā
ſfert q̄ꝫm ad vtrūq3. p quē modū dicim⁹ ꝙ vncia
ē mēſura pōdeꝝ. q2 vncia replicata reddit qȯcū
q3 pōd⁹. ⁊ ſilr palm⁹ ē mēſura magnitudinū. naꝫ
palm⁹ replicat⁹ aliq̄tiēs reddit oēꝫ magnitudi=
nē vl' cōmēſurat ſe ei. Primo mō menſura ſumit
min⁹ ꝓp̄e ſ3 ꝙ rō mēſure q̄ ꝓp̄e ē rō q̄ntitatꝭ cer
tificatiua: ſe extēdit ad cuiuſcūq3 rei certificatio=
nē ⁊ notificationē. vñ illud p qȯ aliq̄d cognoſcit:
nō dr̄ p ſe ⁊ abſolute mēſura illi⁹: ſ3 mediāte ſcien
tia. ⁊ iō ph̄s iq̄t. 10. meᵉ. ꝙ ſciētia ē mēſura ſcibil'.
Scdo mō ſumit mēſura ſ3 ꝓp̄aꝫ rōneꝫ. eo ꝙ ac=
cipit ī rōne numeri cui ꝓp̄e ac p̄° ꝯuenit rō mēſu
re ꝓut ph̄s dicit. 10. meᵉ. Loq̄ndo d mēſura iſto
ſcdo mō: tp̄s ē p ſe mēſura mot⁹. ex eo. n. ꝙ tp̄s ē
numer⁹ mot⁹: hēt ꝙ ſit ei⁹ mēſura et q̄ꝫm ad noti
ciā ⁊ q̄ꝫm ad cōmēſurationē. nā act⁹ ꝓp̄⁹ numeri
eſt mēſurare q̄ntitatē ei⁹ cui⁹ ē numer⁹ ſemel vl'
pluries accept⁹. ac p hoc hēt ei⁹ quātitatē notifi=
care. Verū ē tñ ꝙ p accñs aliq̄ñ ip̄ꝫ tp̄s motu mē
ſuram⁹ q̄ñ. ſ. ip̄i⁹ mot⁹ q̄ntitas nob̄ ē certioꝛ q̄ꝫ tē
poꝛis q̄ntitas ꝓut ph̄s tradit. 4° li. phyſi. Pri=
mo āt mō accipiēdo mēſurā: etiā ip̄ꝫ mobile pōt
dici mēſura mot⁹ et ex ꝯñti tp̄is. vt. n. S. T. dicit
ī cōmēto ſup. 4° phy. lc. 18. ex eo ꝙ mobile alit ⁊
alit ſe hēt ī motu: cognoſcim⁹ p̄⁹ et poſteri⁹ ī tp̄o
nā ſm ꝙ diſcernim⁹ p̄cedētē diſpoſitionē mobil'
dū mouet: iudicam⁹ p̄us in motu. ſm aūt ꝙ diſ=
cernim⁹ ſequētē diſpoſitionē mobilis: iudicam⁹
poſterius ī motu ꝓut ibidē ph̄s docet. p̄us aūt ⁊
poſteri⁹ ī motu ſic dictū fuit ſup̄: ē mālit tp̄s. Acci
pit p̄dicta diſti. de mēte. S. T. opuſ. 36. ca°. 3°.

¶ **Quarto** Notādū ē ꝓut accipit ex doctrina ph̄i. 3° phyſi. ca°
oꝫ aūt d oī. et ex cōmē. S. Do. et Alberti magni
ſup eo loco ꝙ res q̄ ſ3 ſe ⁊ ſ3 ꝓp̄aꝫ q̄dditatē cōſi
ſtūt ī ſucceſſiōe: nō req̄rūt ad ſuū eē reale ꝙ ha=
beāt plures ptes ſuas ſimul ī actu: ſ3 ꝙ ptes ſibi
īuicē ſuccedāt in reꝝ nā. vñ cū tp̄s ſm ſe ⁊ ſm rō
nē q̄dditatiuā ſit ens ſucceſſiuū queadmodum ⁊
mot⁹ cui⁹ ē numerus: ſeq̄t ꝙ ad ei⁹ realē exñtiaꝫ
⁊ ad ſui totalitatē nō req̄rat ꝙ hēat plures ptes
ſuas ſiml' ī actu: ſ3 ꝙ ptes ſibi īuicē ſuccedāt ī reꝝ
nā. q2 igit ptes tp̄is. ſ. p̄teritū ⁊ futuꝝ ſibi īuicē in
reꝝ nā ſuccedūt l3 nō ſint actu ſiml': iō tp̄s hēt re=
alē exñtiā ī reꝝ nā. Sed ꝯ hoc videt. q2 tp̄s ex rō
ne ſue q̄dditatꝭ ē numer⁹ p̄oꝛis ⁊ poſterioꝛꝭ ī mo
tu. i. ip̄a p̄⁹ ⁊ poſteri⁹ mot⁹ p̄mi mobil' vt nūerata

ſūt. ſꝫ i motu pͥmi mobil' n̄ ſūt priꝰ ⁊ poſteriꝰ actu neqꝫ tāq̄ ptes neqꝫ tāq̄ tmini vt videt̄ cū huiuſcemōi motꝰ ſit ↄtinuꝰ ⁊ circularis. i cōtinuo nāqꝫ nō ſunt ptes i actu ꝓut pħs docet. 6° phy. nec i circulo ſunt tmini i actu niſi ſm aīe deſignatiōez ſeqᷓt̄ g̊ ꝙ tp̄s nō ſit aliq̄d actu reale. Ad hoc rn̄demus negādo minorē. et ad eiꝰ ꝓbationē dicimꝰ pͥmo ꝙ lꝫ in ↄtinuo nō ſint ptes i actu ſm eſſe ꝓpriū diſtictū ⁊ adeq̄tū cuiuſlꝫ ipaꝝ: ſūt tn̄ in actu ſm eē totiꝰ. nā cū totū integrale ↄſtituat̄ ex ſuis ptibus: niſi ptes eiꝰ realit̄ ⁊ actu exiſterēt: ipꝫ totū nō eēt aliq̄d actu exiſtēs in rerū nā. pħs autē loquit̄ vbi allegat̄ de ptibus ↄtinui in q̄s diuiſibile ē in infinitū q̄ cū ſint ifinite: nō ſunt niſi i pō in cōtinuo. ſꝫ hoc nō obſtat qn̄ ptes magnitudinē finitā cōtinui actu itegrātes: finite ſint ⁊ in actu. Dicimꝰ ſcd̓o ad ꝓbationem minoris ꝙ lꝫ veritatē hēat de ptibus ↄtinui pmanentis loquēdo de eē ꝓprio ⁊ adeq̄to partiū: de ptibꝰ tn̄ cōtinui ſucceſſiui nō tenet q̄les ptes ſunt motꝰ ⁊ tp̄is. Et rō dr̄ic eſt. q2 in ↄtinuo pmanēte: ptes hn̄t eē ſimul in totalitate totiꝰ manēte totiꝰ itegritate. ac per hoc ſingl'e ptes nō hn̄t ꝓpriā actualitatē ſꝫ ſunt actu actualitate totius. ad ꝓpriā aūt ⁊ diſtinctā actualitatē: ſunt in pō reducibili ad actū per diuiſionē. In cōtinuo aūt ſucceſſiuo ſic̄ ſunt motus ⁊ tp̄s: ē alia rō. nā q2 ptes ſibi inuicē ſuccedūt: vna ſuccedente pͥor deſinit eē. ac ꝑ hoc diſiungit̄ ⁊ amouet̄ ab alia. et pari mō alia ſuccedēte: ps precedēs ab ea diſiungit̄ ⁊ ſic ſꝑ. vn̄ ex ipa rōne ſucceſſionis: ↄſequit̄ ꝙ ptes totiꝰ ſucceſſiui a ſe iuicē diſtiguant̄ ⁊ ſeparēt̄ actu. eo ꝙ ipa ſucceſſio vicē hēat diuiſiōis ꝓpt qd̓ realit̄ ⁊ actualit̄ ſe hn̄t adinuicē in rōne pͥoris ⁊ poſterioris. ¶ Sed dubitari pōt circa hoc. qm̄ videt̄ repugnare ꝙ aliqd̓ totū ſit cōtinuū quēadmodū tp̄s ⁊ motus pͥmi mobil' cuiꝰ eſt paſſio: ⁊ ꝙ eius ptes diſiungant̄ ⁊ ſepent̄ abinuicē. Ad hoc rn̄dendum eſt ꝙ iſta duo repugnāt qn̄ totū cōtinuū eſt pmanens. ad cuiꝰ cōtinuitatē requirit̄ ꝙ ptes eiꝰ ſimul adinuicē vniāt̄ in toto cui repugnat ipaꝝ abinuicē diſiūctio ⁊ ſeparatio. pmanētia nāqꝫ hn̄t eē ex ſimultate ptiū. ſꝫ ad cōtinuitatē totiꝰ ſucceſſiui: ſufficit ꝙ ps parti ſuccedat imediate ſine iterpollatiōe. imo i hoc cōſiſtit eiꝰ cōtinuitas. eo ꝙ eē ſucceſſiuoꝝ ↄſiſtit in ordine partiū ſm priꝰ ⁊ poſterius ita ꝙ ps poſterior q̄ aduenit imediate ſuccedat pti priori q̄ deſinit eſſe. nec requirit̄ ꝙ poſt ipaꝝ ſucceſſionē: maneāt adinuicē in toto vnite: alias totū continuū eēt pmanens nō ſucceſſiuū. vn̄ q2 ex ipa partium ſucceſſiōe neccīo cōſequit̄ ipaꝝ ſeparatio ⁊ diſiūctio ſicut dictū eſt: id̓ huiuſcemodi continuo ſucceſſiuo non repugnat ꝙ eius partes abinuicē diſiungantur ⁊ ſeparentur actu.

¶ **Quinto** notādū eſt ad iueſtigādū nām ipius nūc tp̄is ⁊ cuiꝰ ſit mēſura: ꝙ pħs. 4° phy. q̄ttuor pͥncipalr̄ attribuit ipi nunc in cōparatiōe ad tp̄s pariformit̄ ad ea q̄ cōueniūt mobili reſpectu motꝰ. Primū eſt ꝙ nunc ſic ſe hꝫ ad tp̄s: ſic̄ mobile ad motū. ſicut enī ꝑ mobile cognoſcimꝰ ⁊ diſtinguimꝰ pͥus ⁊ poſterius in motu: ita et ꝑ nūc cognoſcimꝰ ⁊ diſtinguimus pͥus ⁊ poſterius in tp̄e. Scd̓m eſt ꝙ ſicut tp̄s ſequitur motum et eſt numerus et menſura eius: ita nunc ſequit̄ mobile ⁊ eſt numerus ⁊ mēſura eius. ex quo vlterius ſequit̄ ꝙ nunc tp̄is ſit i mobili ſicut in ſubo quēadmodū et tp̄s in motu. Tertiū eſt ꝙ ſicut mobile eſt idē ſm ſubam ⁊ ſm rem i toto motu: aliud tn̄ ⁊ aliud ſm rationē: ita et nūc eſt idē ſm ſubſtantiā ⁊ realiter i toto tp̄e: ſꝫ eſt aliud ⁊ aliud ſm rōnē. Quartū eſt ꝙ ſicut mobile eſt cōtinuatiuū motus inquātū eſt idem ſm ſubſtantiā in toto motu ⁊ eſt motus diuiſiuū ſm prius ⁊ poſterius prout eſt aliud ⁊ aliud ſm eſſe ⁊ rōnem: ita et nunc eſt continuatiuum tp̄is ſm ꝙ eſt idē in ſubſtātia in toto tp̄e: et eſt ipſius diuiſiuum per prius ⁊ poſterius ſm ꝙ eſt aliud ⁊ aliud ſꝫ eſſe ⁊ rationē. Hijs autem ſi adiunxerimus ꝙ nunc eſt menſura menſurata quemadmodum ⁊ tempus eſt numerus numeratus: īueniemus ꝙ nunc tp̄is materialiter eſt ip̄m mobile. probatur hoc. Nā omnis numerus numeratus ⁊ vniuerſaliter oīs menſura mēſurata: eſt materialiter ipſa res per talem numerum aut mēſuram mēſurata prout ex dictis pħi patet. 4° phy. ternarius enī equoꝝ: materialiter ipſi equi ſunt. et binarius lapidum: ipi lapides ſunt. ſed ex ſcd̓a proprietate ipſius nunc pꝫ ꝙ nunc tp̄is eſt menſura mobilis et ſequit̄ mobile ſicut tempus ſequit̄ motum et eſt numerus ac menſura eius. ergo nunc tēporis materialiter eſt ip̄m mobile. loquimur in ꝓpoſito de mobili primo quemadmodum et motꝰ primus et non alij motus eſt materialiter tempus. Formale aūt ipius nunc non aliud videt̄ eſſe q̄ꝫ ratio menſure vnitatis. i. eē menſuram ſicut vnitas. ꝓbatur hoc. qm̄ vt pħs dicit. 4° phy. tempus comparat̄ ad motum ſicut numerus eiꝰ. ipſū aūt nūc ↄparat̄ ad id qd̓ fert̄. ſ. mobile: ſic̄ vnitas nūeri. vn̄ ⁊ nunc ſe hꝫ ad tp̄s ſic̄ idiuiſibile ad diuiſibile ꝓut ibi pħs dicit. Cū g̊ ip̄m nūc ſit formalit̄ mēſura quēadmodū ⁊ tp̄s: mēſurat āt mobile cuiꝰ eſt mēſura i rōne vnitatis vt pħs inq̄t. ſequitur g̊ ꝙ formale ipius nūc ſit eē mēſurā durationis vt vnitas. ita vt rō ↄpleta nūc tp̄is ſit ꝙ ē vni

tas ṗmi mobilis mēſurās ip̄m ı̄quātū ē vnū ⁊ idē
ſubiecto vl' ſm ſb̄am ı̄ toto motu. Et q̄ꝛ nūc ē mē
ſura mēſurata ſic̄ ⁊ tp̄s: dicimꝰ vt expreſſius loq̄
mur ꝙ nūc ē ip̄m p̄mū mobile ſꝫ ꝙ ē vnū ⁊ idem
ſubiecto durās ꝑ totū motū. vn̄ cōꝑatio p̄hi. 4°
phy. q̄ cōpat ip̄ꝫ nūc ad pūctū motū lineā cau
ſantē ꝓut imaginant̄ geometre: ex rōe vnitatis
formal'r ſumit̄. nō ei pūctꝰ motu ſuo lineā cauſa=
ret vt fingūt geometre niſi ex rōe ſue vnitatis et
indiuiſibilitatꝭ. nā ſi pūctꝰ eēt q̄d diuiſibile ſꝫ ali=
quā dimēſionē vel ı̄ latū vel in ꝓfundū: nō ſolū
motu ſuo cauſaret lineā vt geometre dicūt: ſꝫ ēt
ſupficiē vel corpꝰ. ſi aūt eēt diuiſibile ſm lōgitudi
nē: non oporteret moueri ad cauſandū lineā. nā
ſolo ſitu ſuo deſcēs illā efficeret. ſꝫ q̄ꝛ ē aliq̄d ı̄di=
uiſibile ſm oēm dimenſionē: ponit̄ moueri vt ex
motu ſuo cauſet̄ linee lōgitudo. ⁊ eodē mō ſꝫ cō
parationē p̄hi: nūc tp̄is ex rōne vnitatis ⁊ ı̄diuiſi
bilitatꝭ dr̄ ſuo motu quo mouet̄ ſimul cū mobili:
tp̄is magnitudinē cauſare. differt tn̄ huiuſcemōi
motꝰ a motu quo ponit̄ punctꝰ cauſare lineā. nā
motꝰ pūcti nō eſt realis ſꝫ ſupponit̄ quadā fictiōe
geometrarū. motꝰ aūt ipiꝰ nūc ē realis lꝫ non ſit
eiꝰ ꝑ ſe ſꝫ ꝑ accn̄s. capiēdo nūc formalit̄. nā vt ex
ſupdictꝭ pꝫ nūc tp̄is ē ip̄ꝫ p̄mū mobile ſubiecto ⁊
māl'r. formal'r aūt cū ſit vnitas p̄mi mobilis: mo
uet̄ ſimul cū mobili p̄mo. vn̄ cū motꝰ p̄mi mobil'
ſit motꝰ realis: ſeq̄t̄ ꝙ realis ſit motꝰ ipiꝰ nūc. nā
motꝭ nobis mouent̄ ea q̄ in nobis ſunt vt dr̄. 2°
topi. Ex p̄miſſis ı̄ferimꝰ ſm mētē. S. T. ſup. 4°
phy. et multū expſſe opuſ. 36. de ı̄ſtā. ꝙ nūc tp̄is
vnū tm̄mō eſt ſꝫ rē: aliō tn̄ ⁊ aliō ſm diuerſas rō=
nes q̄ de eo accipiūt̄ pariformit̄ ad diuerſas rō=
nes q̄s mobile hꝫ ſꝫ diuerſa vbi q̄ acq̄rit. et ſicut
ex eo ꝙ ē vnū re ı̄ toto tp̄e ē ꝓp̄a mēſura mobilis
ꝓut ē vnū ⁊ idē in toto motu: ita ex eo ꝙ nūc eſt
aliō ⁊ aliud rōne: ē mēſura mobilis ſm ꝙ ē aliō ⁊
aliō rōne ꝓut ē in alio ⁊ alio vbi dum mouet̄. ip̄e
aūt diuerſe rōnes ſm p̄us ⁊ poſteriꝰ vniꝰ ⁊ eiuſ=
dē nūc: appellat. S. T. in ſupdicto opuſ. plura ⁊
diuerſa inſtātia q̄ſi non ſtantia q̄ꝛ cōſiderant̄ vt
trāſeūtia: queādmodū ⁊ diuerſa rō mobil' ı̄ diuer
ſis vbi q̄ꝫdiu mouet̄. ⁊ hec ı̄ſtantia dicūtur ab eo
tp̄s diſtinguētia ac terīantia ⁊ cū tp̄e labētia. Vn̄
ſcd̄m eiꝰ doctrinā idē nunc tp̄is inquātū eſt vnū
re vel ſubiecto: eſt continuās tp̄s. ⁊ inquantū eſt
aliud ⁊ aliō ſm rōnem: ē diſtinguēs ⁊ terminans
partes tp̄is. queādmoduꝫ et ip̄m mobile vnū re
et ſubiecto exn̄s: continuat motū. ⁊ ꝓut eſt aliud
et aliud ſm diuerſa vbi q̄ ſucceſſiōe motꝰ acqui=
rit: motū diſtiguit ⁊ terīat vt p̄hs dicit. 4° phy.
ſic̄ enim mobile ſe hꝫ ad motum: ita nūc ſe hꝫ ad
tp̄s. vn̄ vnū ⁊ idem nūc tp̄is ſm rem: eſt plura ı̄n
ſtātia ſm aliam ⁊ aliā rōnem ꝓut cōſiderat̄ vt ē
mēſura p̄mi mobilis ſm prius ⁊ poſterius ı̄ quā
tū p̄mū mobile dū mouet̄ ſucceſſiue eſt in alio et
alio vbi. Itaqꝫ ſm ꝙ. S. D. accipit nomē inſtātꝭ
inſtās ı̄portat in ſuo ſignificato ip̄m nūc tp̄is ſub
rōne qua mēſurat p̄mū mobl'e vt eſt ı̄ aliq̊ vbi. et
q̄ꝛ huiuſcemōi rōnes ſunt plures: iō vnū ⁊ idem
nūc vocat plura inſtātia. et eſt ſimile ſuo mō quē
admodū vna oīno res. ſ. diuina eēntia appellat̄
plures idee ſꝫ aliā ⁊ aliā rōnem reſpectꝰ ad crea
turas. id ip̄m autē nūc tp̄is ſm aliā ⁊ aliā rōnem
prioris ⁊ poſterioris ⁊ vt hꝫ rōnē inſtātis: appre=
hendit̄ ab ı̄tellectu vt diſtiguēs ⁊ terminās ꝑtes
motus ſm diuerſa mutata eē. Et q̄ꝛ huiuſcemōi
mutata eē accipiūt̄ in motu ꝑ mobile ı̄ quātū ap=
prehēdit̄ vt q̄ſi ſiſtēs ı̄ alio ⁊ alio vbi: ide ē ꝙ nūc
tp̄is qḋ ē ꝓp̄e mēſura p̄mi mobil' pōt dici ex ꝯn̄ti
mēſura ı̄diuiſibiliū motꝰ q̄ dicūt̄ mutata eē: ſꝫ di
uerſas tn̄ rōes queādmodū et ipiꝰ p̄mi mobil' ſꝫ
ꝙ ē in diuerſis vbi. ¶ Aliq̄ tn̄ pret̄ nūc tp̄is qḋ eſt
mēſura p̄mi mobil' ponūt aliō genꝰ ipiꝰ nūc qḋ vt
dicūt ſp ē aliō ⁊ aliō real'r ı̄ ſucceſſiōe tp̄is. ⁊ h̄mōi
nūc ſic real'r diuerſa vt iſti dicūt: mēſurāt mutata
eē q̄ ſūt mlta ⁊ diūſa ı̄ toto motu. dicūt ēt ꝙ huiuſ
cemōi nūc q̄ al's vocāt̄ inſtātia ſūt diſtictiua ⁊ cō
tinuatiua tp̄is queādmodū et mutata eē ſūt ipiꝰ
motꝰ. iſta āt nūc dicūt eē tp̄i intriſeca queādmo=
dū mutatū eē motui ⁊ pūctꝰ linee. Sꝫ iſtoꝝ opi=
nio apte videt̄ eē ꝯ ı̄tētionē p̄hi q̄ in. 4° phy. vnū
ſolū nūc dicit eē tp̄is qḋ ē ꝓp̄a mēſura p̄mi mobil'
⁊ manet idē re ı̄ toto tp̄e. Et p̄terea falſū ē qḋ aſ=
ſumūt. nam neqꝫ mutata eē ſūt ꝯtinuatiua motꝰ
neqꝫ ip̄a nūc ſeu iſtātia q̄ ponūt ſunt ꝯtinuatiua
tp̄is. q̄m ſic̄ ı̄ magnitudı̄e illḋ ē eiꝰ ꝯtinuatiuū qḋ ē
eiꝰ initiatiuū: ita ⁊ ı̄ motu ⁊ ı̄ tp̄e. In magnitudı̄e
aūt vt ı̄ linea: pūctꝰ q̄ ē eiꝰ initiatiuū: ē eiꝰ ꝯtinua
tiuū. ⁊ idē eſt ı̄ ſupficie ⁊ corpe. ſꝫ mutatū eē nō ē
initiatiuū motꝰ. neqꝫ inſtās ē tp̄is initiatiuū ꝓut
p̄hs demōſtratiue ꝓbat. 6° phy. oñdēs ꝙ āte oē
mutatū eē eſt motꝰ ⁊ āte oē inſtās eſt tp̄s. ḡ neqꝫ
mutata eē ſūt ꝯtinuatiua motꝰ neqꝫ iſtātia ſunt
tp̄is ꝯtinuatiua. Vn̄ ⁊ p̄hs ꝯtinuitatē motꝰ a ma
gnitudı̄e docet eē acapiēdā nō a mutatꝭ eē ⁊ ꝯti
nuitatē tp̄is a cōtinuitate motꝰ. magnitudinē āt
intelligit nō ſolū ſpatiū in q̊ vl' circa qḋ ē motꝰ: ſꝫ
magꝭ magnitudinē motā. ſ. ip̄ꝫ mobile qḋ ē q̄ntū
vnitas ſiq̄dē mobil' ē p̄ma cā cōtinuitatꝭ motꝰ ꝓ
ut. S. T. inq̄t in ꝯmēto ſup. 4° phy. ⁊ opuſ. 36.
ḋ iſtā. ⁊ ꝯſimili mō nūc tp̄is ꝑ hoc ꝙ māet idē re ı̄
toto tp̄e: ē ipiꝰ tp̄is ꝯtinuatiꝫ. et iō p̄hs volēſ ꝓba
re ꝙ nūc eēt ꝯtinuatiuū tp̄is ı̄duxit ſimile ḋ pūcto

nõ abſolute:ſꝫ ꝓut a geometrꝭ imagiat̃ motꝰ.nã
idẽ pũctꝰ motꝰ et icohat lineã ⁊ cõtinuat illam.
¶ Quidã aũt ſeqces.S.doctorꝭ ſequuti ſũt opi=
nionẽ ꝑdictoꝝ decepti ex q̃buſdã v̾bis mẽdoſis
q̃ in nõnullis codicibꝰ circa opuſculũ eiꝰ de inſtã
tibꝰ appellatũ iueniunt̃.habentur illa v̾ba caº 3º
.§.ex q̃bꝰ manifeſtũ eſt aliã eẽ nãꝫ iſtãtis.ꝛc.Sꝫ
vt ex p̃cedẽtibꝰ ⁊ ſeq̃ntibꝰ manifeſte apparet:v̾a
lr̃a eſt iſta.Ex q̃bꝰ manifeſtũ eſt aliã eẽ nãm iſtã
tis qꝺ mẽſurat mobile ſcꝫm id qꝺ eſt ⁊ inſtãtis qꝺ
mẽſurat mobile ſcꝫm id qꝺ eſt idẽ i toto motu . id
aũt eſt qꝺ cõtinuat tp̃s. Qꝺ aũt v̾itas lr̃e hec ſit
apte mõſtrat̃.nã parũ īfra poſt p̃miſſa v̾ba ſic ait
ſic aũt a ꝑte mobil̾:ita et a ꝑte inſtãtis qꝺ ſequit̃
mobile ẽ accipe diuerſa ⁊ diuerſa eẽ. ⁊ hec eiꝰ di=
uerſitas ꝯſiſtit i ip̃is idiuiſibilibꝰ tp̃is q̃ et dicunt̃
mẽſurata eẽ. ⁊ hec mẽſurata eẽ ſine int̾pollatiõe
ſũt iſtãtia q̃ ꝯtinuãt tp̃s . ⁊ hec nichil aliꝺ ſũt niſi
diuerſa rõ eiuſdẽ iſtãtꝭ qꝺ idẽ eſt real̾r i toto tp̃e
ſequẽs mobile iquãtũ eſt idẽ re i toto motu hec il
le.Et i eodẽ caº parũ poſt p̃ncipiũ inq̃t.vñ vide
tur ph̃s velle nũc tp̃is ſeq̃ ip̃m mobile ita ꝙ idẽ
nũc ſit mẽſura mobil̾ ⁊ ꝯtinuãs ꝑtes tp̃is. Itẽ nõ
lõge ãte finẽ ca.dicit ſic. cõſtat aũt nullũ taliũ in
ſtãtiũ labẽtiũ eẽ cãm tp̃is cũ nullũ ip̃oꝝ maneat
in toto tp̃e ſꝫ trãſeat cũ q̃lꝫ ꝑte tp̃is. iſta ei ſũt di
uerſe rõnes ip̃ius iſtãtis qꝺ eſt idẽ in toto tp̃e et
ideo vocãtur iſtãtia.hec ille.Ex q̃bꝰ apte cõſtat
ſcꝫm doctrinã.S.T.vnũ tm̃mõ eẽ ſcꝫm rẽ nũc tp̃is
qꝺ mẽſurat mobile ⁊ eſt in eo ſic in ſubiecto:lꝫ ſit
aliꝺ ⁊ aliꝺ ſcꝫm rõnẽ ꝓut ſup̾ius expoſitũ fuit.ip̃ſe
aũt diuerſe et pl̾es rõnes vocant̃ a. S.D.pl̾a et
diuerſa iſtãtia ſcꝫm modũ nr̃m itelligẽdi vt ſupra
dictũ ẽ.Et ꝯfirmat̃ ꝓpoſitũ nr̃m ꝑ ea q̃.S.D.di
cit pº ſen.d.19.q.2.ar.2º in.c.inq̃t ei. tp̃s a nũc
tp̃is differt dupl̾r.ſ.ſcꝫm rẽ:qꝛ nũc nõ eſt tp̃s.et ſcꝫ
ſucceſſiõis rõnẽ:qꝛ tp̃s ẽ ſucceſſiuũ ⁊ nõ nũc tp̃is
hec ille . Ex quo ſeq̃t̃ ꝙ ſi nũc tp̃is nõ eſt q̃d ſuc-
ceſſiuũ:ẽ res ꝑmanẽs.et ꝑ ꝯñs nõ eſt aliꝺ ⁊ aliud
realit̃.neqꝫ ẽ q̃d itrinſecũ ip̃i tp̃i qꝺ eſt ex ſui rõne
ſucceſſiuũ.Ex q̃bꝰ inferimꝰ ꝙ cũ dr̃ illa ſimul exi
ſtere duratiõe q̃ hñt eẽ in eodẽ nũc:dꝫ itelligi de
eodẽ nũc ſcꝫm rẽ vel ſcꝫm ſubam ⁊ ſcꝫm eẽ ⁊ rationẽ
nõ de eodẽ nũc ſcꝫm rẽ tm̃mõ.alias oĩa tp̃alia ſcꝫm
qꝺcũqꝫ tp̃s dicerent̃ eẽ ſimul cũ ſint i eodẽ nunc
ſcꝫm rẽ qꝺ manet i toto tp̃e ꝓut dictũ ẽ ſupra. Ad
cuiꝰ euidẽtiã ꝯſiderãdum ẽ ꝙ nunc tp̃is nõ ẽ nũc
ſtãs queadmoduꝫ nunc et̾nitatis ⁊ nunc eui: ſꝫ ẽ
nũc fluẽs. Vñ ⁊ ph̃s. 4º phy.volẽs comparare
nunc tp̃is ad punctũ lineẽ:nõ compat ip̃m pun=
cto abſolute vt ẽ aliq̃d ſtãs ⁊ ꝑmanẽs i linea:ſed
ſcꝫm ꝙ punctꝰ fictiõe ⁊ imaginatiõe geometraruꝫ
ponit̃ moueri ⁊ ſuo motu cauſare lineã. cum enĩ
nunc tp̃is ſit in p̃mo mobili ſubiectiue:ſꝑ eſt i mo
tu ⁊ fluẽs quẽadmodum ⁊ p̃mum mobile ſꝑ ⁊ cõ
tinue mouet̃.ſic ergo mobile p̃mum vnũ et ideꝫ
re ⁊ ſubiecto exñs ꝑ ſuũ motũ ẽ in oibꝰ ꝑtibꝰ ſpa
tij circa qꝺ mouet̃:hñs tñ aliꝺ et aliꝺ eẽ vbi ſcꝫm ꝑ
tium diuerſitatẽ rõne cuiꝰ idẽ mobile ſcꝫm aliud ⁊
aliud eẽ vbicale vt ita loq̃mur : ẽ p̃ncipium vniꝰ
partis motꝰ ⁊ finis alteriꝰ:ita et nunc qꝺ cum p̃=
mo mobili ſimul mouet̃ cum ſit accñs eiꝰ ꝓut for
malit̃ capit̃:vnum ⁊ idem re ⁊ ſubiecto exñs ſuo
motu ſeu fluxu ẽ in oibus et ſingulis ꝑtibus tp̃is
lꝫ ſcꝫm aliud ⁊ aliꝺ eẽ ⁊ ſcꝫm aliã ⁊ aliã rõnem ꝓpor
tionalit̃ ad ip̃m mobile.et ob hãc diuerſitatẽ idẽ
exiſtẽs re ⁊ ſubiecto : dr̃ eſſe p̃ncipium vniꝰ tp̃is
et finis alterius .quemadmodum ⁊ punctꝰ ſi po=
neret̃ moueri ⁊ ſuo motu cauſare lineã ſicut fin=
gunt geometre:vnꝰ et idẽ punctꝰ re ⁊ ſubiecto ꝑ
ſuum motũ eẽt a p̃ncipio vſqꝫ i finẽ in oibꝰ ꝑtibꝰ
linee ſcꝫm aliud ⁊ aliꝺ eẽ et ſcꝫm aliã ⁊ aliã rõnẽ ſitꝰ
ob cuiꝰ diuerſitatẽ idẽ re exñs:eẽt p̃ncipium vniꝰ
ꝑtis et finis alteriꝰ ac ẽt totiꝰ linee eẽt p̃ncipium
et finis.Ex q̃bꝰ iſertur ꝙ lꝫ nunc tp̃is vnum ⁊ idẽ
re ⁊ ſubiecto exñs i toto tp̃e ꝑ ſuã identitatẽ cau
ſet vnitatẽ tp̃is que eſt eiꝰ cõtinuitas : qꝛ tñ nõ ẽ
nunc ſtãs ſed ſemper fluens ⁊ ſuo fluxu eſt aliud
et aliud ſcꝺm rationem prioris ⁊ poſterioris ſcꝫm
quam diuerſitatem diſtinguit ac terminat diuer
ſas partes temporis: ideo ad hoc ꝙ aliqua dicã
tur eſſe ſimul tempore vel duratione nõ ſufficit
ꝙ ſint i eodem nunc re ⁊ ſubiecto:ſed requiritur
ꝙ etiã ſint in eodem nunc ſcꝫm eſſe ⁊ rationem.

¶ Sexto Notãduꝫ eſt ꝓut. S. Tho.
inquit pº ſen.di.19.q. 2.ar.
2º in.c.⁊ eſt ſumptum a ph̃o.4º phy.ꝙ quacun
qꝫ menſura durationis menſurantur eẽ vel actꝰ
alicuius rei : ip̃i rei cuius eſt eẽ vel actꝰ reſpõdet
nunc talis duratiõis pro mẽſura. ſicut ergo quia
tp̃s eſt mẽſura motus ideo nũc tp̃is eſt menſura
mobilis iquãtum ẽ mobile cuiꝰ actꝰ eſt motꝰ ita
ꝙ euum eſt mẽſura duratiõis ip̃ius eẽ euiternoꝝ
iꝺ nũc eui ẽ mẽſura ip̃oꝝ euiternorũ nõ rõne ſue
nature vel q̃dditatis cũ menſura duratiõis non
reſpiciat ꝓp̾e loquẽdo naturas reꝝ ſꝫ eſt menſu
ra euiternoꝝ ſcꝫm ꝙ hñt eſſe. Et inde ẽ ꝙ ſicut eẽ
euit̾ni qꝺ menſurat̃ euo: differt ab euiterno cuiꝰ
eſt actꝰ re q̃dẽ ſꝫ nõ ſcꝫm rõnem ſucceſſionis quia
vtrũqꝫ ſine ſucceſſiõe eſt:ita ⁊ nũc eui realit̃ diſti
guit̃ ab euo nõ ſcꝫm rõnem ſucceſſiõis qꝛ vtrũqꝫ ẽ
res ꝑmanẽs ſine ſucceſſiõe.vñ qꝛ p̃mũ mobile ſcꝫ
ſui ſbaꝫ ẽ euiternum:ſequit̃ ꝙ eẽ eiꝰ mẽſuret̃ euo
et ip̃ius ſba ſcꝫm ꝙ eſt ſub tali eẽ mẽſurat̃ nũc eui.

Ex q̇bus inferimus q̄ primuꝫ mobile q̄druplici
mēſura durationis mēſurat̄.ſ.euo ⁊ nūc eui et tp̄e
⁊ nūc tp̄is alit̄ tn̄ ⁊ alit̄.mēſurat̄ q̇dē euo q̄ntū ad
ſuū eē.mēſurat̄ nūc eui q̄ntū ad ſui ſbaꝫ vt exiſtit
ſub tali eē.itē menſurat̄ tp̄e quātū ad ei⁹ motū.⁊
menſurat̄ nūc tp̄is quātū ad ſui ſbam inquātū ē
eadē in toto motu. Uerūtn̄ euū et nunc eui ſunt
mēſure extrinſece ipſius p̄mi mobilis.nā nō ſunt
in eo ſicut in ſubiecto:ſꝫ in p̄mo oīm euiternorū.
tp̄s aūt ⁊ nūc tp̄is ſunt ip̄ius p̄mi mobilis mēſu=
re itrinſece nā ſunt i eo ſubiectiue.tp̄s mediante
motu cuius eſt accn̄s imediatū:nunc v̄o tempo=
ris immediate.

¶ Septimo notandū eſt ꝓ tertia
cōcluſiōe q̄ vt poteſt
accipi ex dictiſ. S. T. in plribus locis.āgeloꝝ ſiue
ſbaꝝ ſpūaliū duplices ſūt actiōes. Quedā ſūt q̄
teriant̄ ad corpa ſiue ad res corpales qb⁹.ſ.ſuba
ſpūalis aliquē effectū circa illas hꝫ.⁊ hmōi actio
nes rōne termini ꝯſueuerūt dici mot⁹. Alie ſunt
actiōes āgeloꝝ q̄ nō ſūt circa corpa vl̄ res corpa
les cuiuſmōi ſunt eoꝝ itellectiōes ⁊ affectiōes.⁊
q꞉ ꝓp̄a mēſura actionū ⁊ motuū creaturaꝝ ē tp̄s
vel iſtās tp̄is:tenēdū eſt ꝓ regula q̄ oēs mot⁹ ⁊
actiōes ſiue opatiōes āgeloꝝ : mēſurant̄ tp̄e vel
nūc tp̄is excepta viſiōe btīfica q̄ videt v̄bū ⁊ res
in v̄bo.q̄ ſic eis ex ip̄a dei viſiōe cui⁹ mēſura ē et=
nitas ſupnālit̄ pticipat̄:ita et i illis etn̄itate ptici
pata mēſurat̄ q̄ ē euū. Aduertēdū tn̄ iuxta cōio=
rē doctrinā theologoꝝ ⁊ ſūptū ē ab Aug. q̄ tp̄s ē
duplex. Unū ē ꝯtinuū q̄ntū ad ſui māle q̄ ſic di=
ctū ē ſup̄ mēſurat̄ mot⁹ p̄mi mobil̄ ⁊ ex ide mot⁹
oīm corpoꝝ iſerioꝝ.⁊ iſto tp̄e n̄ mēſurāt̄ actiōes
vl̄ opatiōes āgeloꝝ q̄s diximꝰ imanētes cū nullā
hēant depēdētiā a motu p̄mi mobil̄ cui⁹ huiuſce
mōi tp̄s ē ꝓp̄a mēſura nec vllo mō reducāt̄ ad il
lū ſic ad aliq̄d p̄mū aut pfecti⁹ vel ſimplici⁹.imo
eꝯ.actiōes imanētes āgelorū ſūt nālit̄ illo motu
p̄ores ⁊ ſimpliciores ac pfectiores. Aliđ ē tp̄s diſ
cretū ꝯpoſitū nō ex ptib⁹ ꝯtinuis aut diuiſibilib⁹
queadmodū tp̄s p̄dictū:ſꝫ ꝯpoſitū ex idiuiſibili=
b⁹ ſui gn̄is q̄ dicūt̄ nūc aut iſtātia.⁊ iſto tp̄e mēſu
rāt̄ actiōes āgeloꝝ ſcđi gn̄is.ſ.imanētes. Cū eni
tp̄s ſiue cōtinuū ſiue diſcretū ſit nūer⁹ nūerat⁹.i.
reb⁹ quaꝝ ē nūer⁹ applicat⁹ ita vt de ſba tp̄is ſint
ip̄e res tp̄e mēſurate:necc̄io ſeq̄t̄ q̄ ſi ip̄e res mē=
ſurate ſunt idiuiſibiles ⁊ iextēſe q̄ tp̄s illas mēſu
rās ꝯſtituat̄ ex idiuiſibilib⁹ ⁊ inextēſis.⁊ eꝯ ſi res
mēſurate ſint diuiſibiles ⁊ extēſe. Un̄ q꞉ opatōes
angeloꝝ imanētes ſunt idiuiſibiles ⁊ inſtātanee
nullā hn̄tes cōtinuitatē aut extēſionem eo q̄ ſbe
ſpūales ſine diſcurſu itelligūt q̄cq̄d nālit̄ p qualꝫ
ſpēꝫ cognoſcere pn̄t:ſeq̄t̄ q̄ tp̄s eaꝝ opatiōes mē
ſurās ſit nō cōtinuū ſꝫ diſcretū cōpoſitū ex ptib⁹
idiuiſibilib⁹.hmōi āt dicūt̄ nūc ſeu iſtātia. ⁊ i hoc
attēdit̄ vna dr̄ia hui⁹ tp̄is diſcreti a tp̄e nr̄o qđ ē
mēſura p̄mi mot⁹ cui⁹ ptes ꝯponētes ſūt diuiſibi
les ꝯtinue ⁊ extēſe. Ex q̄ accipit̄ alia dr̄ia.q꞉ tp̄s
diſcretū hꝫ ꝓ ſubiecto nō vnā ſꝫ plres opatiōes ſi
bi iuicē ſuccedētes ſine ꝯtinuitate . et dico notāt̄
ſibi iuicē ſuccedētes:nā ip̄a opationū ſucceſſio fa
cit ad rōnē tp̄is q̄ q̄litercūq̄ capiat̄ hꝫ ex ſui rōe
ſucceſſionē. vt ei inq̄t Aug. 11° li. ꝯfe. nullū tp̄s pt
eſſe totū ſimul.nam ſi eſſet totum ſimul: iā tem=
pus non eſſet. Un̄ niſi operatiōes āgelorum ca=
turas ſi ex gr̄a et charitate procedant. tum quia non ſolus deus ex charitate diligendus eſt ſed et eius creature. vnde et cōmuniter doctores dicunt ſequentes Auguſtinū primo libro ꝺ doctrina xp̄iana: q̄ttuor eſſe diligēda a nobis ex charitate. ſ. de⁹. nos ipſi. et proximus. et corp⁹ nr̄z. tuz etiam quia non requiritur ad opus meritorium ꝙ actu ordinetur in deum: ſed ſufficit ꝙ in deum ſit ordinabile. huiuſcemodi autē eſt omne opus quod diuine dilectioni aut diuinis preceptis cōtrariū non eſt prout docet Sanctus Thomas 2ª. 2e. q. 24ª. articulo. 8°. et. q. 44ª. articulo 4°. ad. 2m. et in pleriſq; alijs locis. ¶ Sed ex p̄miſſis oritur dubium quod multū difficilem reddit viam Sancti Thome quā tenuit in ſecūdo opere. nam ſi omnes angeli boni et mali in p̄mo inſtanti ſue creationis beatitudinem meruerunt qua ratione nō omnes beatitudie premiati fuerunt in ſecūdo inſtanti ſed boni dūtaxat. preſertim quia iuxta Sancti Thome doctrinam p̄ma parte. q. 62. articulo. 5°. ſtatim poſt vnū actum meriti: angelus natus eſt premiū beatitudinis conſequi quod et angelis bonis de facto fuit vt ipſe ibidem tenet. ¶ Sed ad iſtud dubiū Sanctus Thomas reſpondet. q. 63. articulo. 5° ad. 4m. ꝙ deus vt Auguſtin⁹ dicit. xi°. ꝺ ciuitate dei non diſcreuit inter angelos ante auerſionez quorundam et conuerſionem alioꝝ. et ideo omnes in gr̄a creati. in primo inſtāti meruerunt. ſed mali angeli ſtatim impedimentum beatitudini preſtiterunt precedens meritum per peccatum mortificantes. et ideo beatitudine quam meruerunt ſunt priuati. ¶ Sed iſta ſolutio non videtur ſatiſfacere. quia ſicut in primo notabili deductum fuit: meritū comparatur ad premiū ſicut via ad terminū et ſicut mot⁹ ad formam que eſt terminus eius. ſed inter viam et terminū aut inter motum et formam que ipſum terminat: nichil cadit mediū neq; rei neq; durationis. ergo non videtur ꝙ angelus malus poſt meritum habitū beatitudinis: impedimentum potuerit ponere beatitudini peccando. quoniā hoc eſſe non poſſet ſine mora temporis vel durationis media int̄ meritum et premiū que tamen dari nō poteſt in angelis ſm viā Sancti Thome. ¶ Ad intellectum ergo premiſſe reſponſionis Sancti Thome cōſiderandū eſt ꝙ beatitudo ꝑprie et formalit̄ ſūpta: non eſt ſicut forma aut qualitas ipſi beato q̄ſi ab extra ſm ſe totam infuſa quemadmodum gratia aut charitas et huiuſcemodi dona ſupnaturalia: ſed eſt quedam ipſius beati operatio ab eo elicita lumine ſupernaturali glorie perfecta ⁊ illuſtrata quo beati mēs ſublimata: eleuat̄ vſq; ad apertam dei viſionem et eius ſicuti eſt fruitionem. vnde quia beatificatio hominis vel angeli conſiſtit ſubſtantialiter in ipſius operatione cognitiua et volitiua circa perfectiſſimū obiectū beatitudinis quod eſt deus: neceſſario requiritur ꝙ intuitus mentis hominis vel angeli beatificandi in ipſum deū videndū et amandū conuertatur. quēadmodum ſi res colorata videri debeat neceſſe eſt ꝙ videntis oculus in ipſam dirigatur neq; aliter viſio fieri poteſt. Et quoniam angeli boni ſtatim poſt p̄mū inſtās in quo in ſeipſos cōuerſi per cognitionem et amorē ſicut dictum eſt beatitudinem meruerunt: ad contemplandam et laudandam ſui creatoris mageſtatem mētis intuitum conuerterunt: ſtatim deum viderūt q̄ ſe requirentibus preſto erat et per apertam viſionem diuine eſſentie quam in ipſa cōuerſione ad deū habuerūt: beatificati ſunt. Mali vero angeli ex ipſa conuerſione in ſeipſos qua ſicut et boni in primo inſtanti beatitudinem meruerūt: ad laudem et contēplationem ſui creatoris vt par erat nō ſe cōuerterunt: ſed circa proprie excellētie conſiderationem plus debito perſiſtentes: in ſuperbiam ſe extulerunt et per inordinatum ſui amorem ad appetendam dei equalitatem in ſecūdo inſtanti ſe erexerunt priori merito per peccatum: impedimentū preſtantes. vnde quia mētis ſue intuitū ad deū non conuerterunt. dei eſſētiam videre nō potuerunt. quēadmodum ſi claudat quis oculos vel ad tenebras vertat: lumen ſolis videre nō poterit. ex quo ſequutū eſt ꝙ beatitudinez quā meruerūt nō ſunt adepti. nō eniz oculos auertētes aut nō ꝯuertētes ad deū: diuinā eius eſſentiā intueri poſſunt in q̄ intuitione ſicut dictū eſt beatitudo formaliter et p ſe cōſiſtit. Ex hijs reſpōdemus ad rōnem ſupra inductam ꝯtra ſolutionez Sancti Thome ꝙ recte ꝓcedederet ſi premiū beatitudinis eſſet terminus meriti ſicut forma naturaliter ꝯſequēs aut quaſi ab extriſeco totaliter a deo infuſa velut gr̄a aut charitas. ſic eni ſufficeret ad eius cōſecutionē: opus meriti ſine aliquo vlteri⁹ req̄ſito ex parte habētis meritū. ſed nō ſic eſt. nam vltra meritum: neceſſario requiritur ad mentis beatificationem q̄dā alia ipſi⁹ opatio ab ipo elicita quāuis lumine glorie ſublimato et adiuto. ſ. oculos mentis per intentionem et realem intuitū ad deum conuertere. in qua operatione ſicut dictū eſt beatitudo formaliter et eſſentialiter conſiſtit. hanc autem operationem mali angeli culpa ſua non habuerunt: voluntarie a deo ſe auertentes et circa ſe-

ipſos inordinate ac ſuperbe mentis aciem defi=
gentes. itaqꝫ per eos ſtetit ꝙ premium poſt me=
ritum ſicut boni angeli non ſunt adepti. ¶ Neqꝫ
debuit deus ipſam diuine eſſentie viſionē ac for=
malem beatificationem: ſine angelo ſe ad deum
conuertente et ipſam volūtarie eliciente: menti
eius per potentiam abſolutam infundere. Tum
quia conſiderata naturali capacitate itellectua=
lis ſubſtātie qua potens eſt ſubſtātiā actus beati
tudinis elicere lumie glorie illuſtrata et obiecto
preſente: magis eſſet naturam eius deſtruere ꝙ̄
perficere. Tum etiam. quia vt dicitur ſapientie
8°. deus omnia diſponit ſuauiter mouens et or=
dinans vniuerſa in fines proprios ſm eoruꝫ vir=
tutem et inclinationem. eſt autem ꝓprium intel
lectualis et rationalis nature: conſequi finē ſuū
per ꝓprios actus a ſe elicitos. imo vtriuſqꝫ pro=
prius finis et beatitudo in eius operatione cōſi=
ſtit formaliter qua maxime delectatur. neqꝫ ta=
men delectationē haberet adiunctam: niſi opa=
tio ab ipſius mente procederet. hec diximus cir=
ca intellectū in premiſſis verbis. Sācti Thome
ſine preiudicio melius ſentientis. Poſſet etiam
rñderi ad obiectionē ad minoreꝫ ꝙ inter vltimū
vie et terminum nō eſt dare mediū. et ita neqꝫ ē
dare medium inter meritum vltimatum ac con
ſumatum et premium: ſed meritum qđ mali an=
geli habuerunt in primo inſtanti non fuit ꝓprie
et formaliter loquendo vltimatum et conſuma=
tum ſicut deductū fuit in primo notabili. et ideo
nimirum ſi eorum merituꝫ non habuerit premiū
pro termino.

¶ Tertio Notandum eſt ꝙ in omni
re ſubſiſtente tria iſta quo=
dam ordine ſe conſequūtur. natura. virtus. ope
ratio. neqꝫ eſt aliqua res ſubſiſtens que aliq̄ iſto=
rū ſit deſtituta. virt⁹ eni emanat a principijs na
ture. operatio vero procedit a re mediante vir=
tute. aliquando tamen operatio procedit ex ſo=
la virtute nature ſm propriam inclinationē nul=
lo alio exteriori mouente aut impellente vel q̄=
modolibet inſtigante preter ꝙ̄ ab auctore natu
re. et talis operatio ſemper modum nature rei
conſequitur ⁊ ipſi nature imputatur vnde et na
turalis eius motus vel operatio dicitur. huiuſce
modi autem operatio ſemper recta eſt et ſuam
habens integritateꝫ niſi natura rei in aliquo pn
cipiorum aut eius virtus deficiens ſit. quod non
poteſt ꝯtingere ſine defectu virtutis agentis vel
producētis naturā qui nō pōt defectū contigen=
tem in pncipijs aut in virtute nature tollere aut
reparare: et tunc defectus in operatione etiam
auctori nature rationabiliter imputat᷑. Aliquan
do opatio rei cauſatur nō ſolū ex natura ac vir=
tute rei: ſed ex aliq̄ extrinſeco mouēte ſeu excitā=
te aut qualitercūqꝫ ad eam cōferēte: et talis ope
ratio nō appellat᷑ ſimpliciter motus vel actio cō
naturalis rei eo ꝙ eius cauſa nō ſit ſola virtus et
natura rei. et ꝑ cōſequens defect⁹ contingēs i ta
li opatione nō neceſſario reducit᷑ in naturā aut
virtutē rei ac ꝑ hoc neqꝫ retorquet᷑ in auctorem
rei cū ex alio vel alijs ad opationē conferētibus
poſſit cōtingere. Prima autē opatio angeli q̄ ſi=
mul incepit cum ei⁹ eſſe cū ſit ſubſtantia incorpo
rea et intellectualis nature: non videt᷑ ꝙ ab aliq̄
extrinſeco potuerit eſſe cauſata niſi a deo aucto
re qui omnia mouet et diſponit ſuauiter. i. ſꝫ mo
dum ꝓprie virtutis. ex quo ſequit᷑ ꝙ pma angeli
opatio fuerit illi cōnaturalis. i. ſm modū et vir=
tutē eius naturaleꝫ. vnde ſi huiuſcemodi opatio
eſſet deficiēs aut in ea peccatū incideret: merito
in naturam angeli ac ꝑ hoc in auctorē nature re
torqueri poſſet. nam ante eſſe angeli non fuit ali
quod motiuū ipſius aut defect⁹ ſue actionis cau
ſatiuū. ſuponit᷑ enim ꝙ pma actio inceperit cuꝫ
eſſe rei. ¶ Neqꝫ ex premiſſis ſequit᷑ ꝓut aliq̄ ma
le inferunt contra. S. T. ꝙ prima opatio angeli
non fuiſſet eius libero arbitrio imputanda et ꝑ
conſequēs neqꝫ illi fuiſſet meritoria ꝓcedens ex
gr̄a. q̄m nature intellectualis impulſus ad bonū
libertatē arbitrij nō tollit aut minuit ſed magis
iuuat. nā et ab ipſa natura liberū eius arbitrium
emanat et naturalis ordo ipſius in bonū ex ipſa
eius natura conſequitur. vt enim. S. T. dicit pª
pte. q. 6. arti. p°. amor vel iclinatio naturalis di=
uerſimode inuenitur in diuerſis naturis in vna
quaqꝫ ſm modū eius. vñ in natura intellectuali
inuenit᷑ inclinatio naturalis ſm volūtatē: in na=
tura autē ſenſitiua ſm appetitū ſenſitiuū et c. na=
tura. n. et voluntas ſic ordinantur vt ipſa volū=
tas etiam quedā natura ſit. Neqꝫ enim ad ratio
neꝫ liberi arbitrij pertiet ꝙ eque facile aut ꝓmp
te moueatur in malum ſicut in bonuꝫ. nā vt. Sā=
ctus. Tho. dicit de veritate. q. 22ª. arti. 5°. hoc
eſt nature cuiuſlibet create vt a deo ſit ordinata
in bonū naturaliter appetens illud. vnde et vo=
luntati ipſi ineſt quidam appetitus boni. neqꝫ a=
liquando in malum tendit niſi ſub ſpē boni. ma=
lum enim inuolūtarium eſt vt Dio. dicit. 4° ca.
de diuinis nominibus ſed ſufficit ad libertatem
ꝙ in hoc et in aliud bonum libere moueri poſſit
aut non moueri. alias in deo liberum arbitrium
nō eſſet q̄ peccatū aut malū agere nō pōt. vñ li=
cet volūtas angeli i pmo inſtāti nō potuerit vel=

le malū: potuit tñ velle alteꝝ bonū: ⁊ velle et nō velle id ipm bonū qđ voluit: et potuit illud amare ſic vel aliter ſm plures rōnes et circūſtantias qb⁹ amabile eſt. rōne cui⁹ libertatē et dominiū habuit ac electionē ſui act⁹ ac ꝑ hoc potuit illi eē meritoꝛi⁹. ꝑhec tñ ñ negam⁹ ꝙ liberꝝ arbitriū i nā creata flexibile ſit ad malū ſine dono ſupnaturali: ſꝫ negam⁹ ꝙ iſtā flexibilitatē habuerit angelus ꝓ primo inſtāti ſue creationis aut ꝓ pma ſui opatione que ex ſola nature inclinatione per actionem dei auctoris procedit vt premiſſum eſt.

Quarto Notandū ē ꝓ declaratione quarte ꝯcluſiōis ꝙ meritū et premiū ex oppoſito diſtinguūt ſm rōnem pfecti et imperfecti. et qꝛ oppoſita ſꝫ ꝙ oppoſita ſūt nō poſſunt eē ſimul: ſeqtur ꝙ meritū et pmiū ſimul eſſe nō pñt. Sed ꝯſiderandū eſt ꝑut. S. T. deducit pᵃ 2ᵉ. q. 67. ar. 3ᵒ. ꝙ imperfectio qñqꝫ ē de rōne rei et ptinet ad ſpēm ipi⁹. queadmodū defect⁹ rōnis ptinet ad rōnē ſpēi equi vel bouis. ⁊ qꝛ vnū et idē numero manēs nō poteſt transferri in aliā: inde eſt ꝙ tali iperfectione ſublata: tollitur ſpēs rei. ſicut iā nō eſſꝫ bos vel equus ſi eſſet rōnalis. qñqꝫ vero imperfectio nō ptinet ad rōnē ſpēi rei impfecte ſed accidit idiuiduo ſm aliquid aliud. ſicut hoi alicui accidit qñqꝫ defect⁹ rōnis vel ꝓpter ſōnū vel ebrietatē aut aliquā infirmitatē cōtingētē. et tali imperfectione remota: nichilomin⁹ ſba rei manet. ſicut autē impfectio cognitiōis eſt ð rōne fidei vñ et ponit ab aplo hebreorum. 11ᵒ. in ei⁹ diffinitione. ē eni cognitio ſine euidentia aut viſione. ꝗobrē ſimul eſſe nō pñt fides de deo et apta dei viſio: ſꝫ adueniēte clara dei viſione fides euacuat ꝑut apl's dicit pᵃ. coꝛi. 13. vñ et fides viatoꝝ eſt nō cōprehēſoꝝ: ita et impfectio quedā ptinet ad rōnem ſpēi meriti vt pote defect⁹ ꝯſecutionis premij et tēdentia in bonū nōdū adeptū et eē viā acquiſitionis termini. vñ et meritū ſeu mereri ſolis viatoꝛib⁹ competit et nullo modo cōprehēſoꝛib⁹ vt cōiter tenetur: niſi aliqs vt xp̄s ſimul ſit viatoꝛ et cōprehēſoꝛ cui meritū attribuit inqꝫᵐ viatoꝛ eſt nō vt cōprehenſoꝛ ꝓpter qđ meritū et premiū ſimul eſſe nō poſſūt ſed adueniēte premio qđ pfectum ē: euacuat rō meriti q̄ impfecta eſt. et ſicut de rōne q̄dditatiua meriti eſt iperfectio et ad ſolos ptinet viatoꝛes: ita et de rōne gr̄e ſm ꝙ ē pncipiū meriti: eſt ꝙ ſit impfecta et nō ꝯſumata et i ſolis viatoꝛib⁹ repit nec ſimul eſſe pōt cū gr̄a pfecta et ꝯſumata: ſꝫ iſta adueniēte: illa euacuat ſub rōne q̄ eſt principiū et cauſa meriti. qđ notāter adijcimus. qm̄ gr̄a et charitas q̄ habet in via ſm ſe et abſolute nō euacuat in patria ꝑut Apl's expreſſit pᵃ coꝛin. 13. dicēs. charitas nūqꝫ excidit. eo ꝙ de rōne ſpecifica gr̄e et charitatis nō ſit impfectio. verūtamē cū hoc ſtat ꝙ ad rōnem ſpecificā gr̄e et charitatis ptineat impfectio ſꝫ ꝙ ſunt pncipiū et cauſa meriti qđ de ſui rōne ſpecificam impfectionē dicit et in ſe et in ſua cauſa ꝓxima et in ꝓpo ſubo qđ eſt viatoꝛ. queadmodū et impfectio nō eſt de rōne abſoluta hominis ſed ē de rōne ei⁹ ante adultā etatē. Faciunt ad pmiſſa ea q̄. S. T. dicit. 3ᵒ ſen. di. 18. ar. 2ᵒ. ad. 2ᵐ. Et. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 13ᵃ. ar. 4ᵒ. ad 2ᵐ. et. q. 182. ar. 2ᵒ ad. 2ᵐ. Et de ve. q. 29ᵃ. ar. 6ᵒ. in. c. et ad. 6ᵐ. Et. 3ᵃ. p. q. 19ᵃ. arti. 3ᵒ. ad pᵐ.

Quantum ad articulū quartū rñdendū ē ad obiectiones aduerſarioꝝ. Et q̄dē ad pmū ꝯtra pmā ꝯcluſionē negat pma ꝯña. Et ad ei⁹ ꝓbationē dr̄ ꝙ nō fuit ex defectu libertatis ꝙ angel⁹ nō potuit eligere malū i pmo iſtanti ſui eē ſꝫ ꝓpt ordinē actus. Tū qꝛ pmo opoꝛtuit ꝙ ꝯſideraret id qđ ptinet ad ſuā nām et poſtmodū moueret i ſupnaturalia ꝑ ꝯuerſionē vl' auerſionē in q̄ ꝯſiſtit pctm̄. Tū etiā ꝓpt ordinē pmi act⁹ rei ad ipſam rei nām ꝑut ðclaratū fuit in tertio nōbili. Et accipit iſta rñſio ex dictꝭ. S. T. pᵃ. p. q. 63. ar. 4ᵒ. i coꝛ. Et in. q. ð malo. q. 16. ar. 4ᵒ. ad. 3ᵐ. Et ex ħ pꝫ falſitas ꝯñe ſecūde. nā nō eſt ſimile de pmo inſtāti ⁊ de ſequētib⁹. qꝛ opatio quā res hēt in pn⁹ ſui eē: ꝯgruit nature ipſi⁹ ac ꝑ hoc retoꝛquet i auctoꝛē nature. nō aūt ſic ē ð opationib⁹ poſtmodū ꝯñtib⁹. ſicut rñdet. S. T. ibidē in. q. ð malo ad. 4ᵐ

Ad. 2ᵐ ꝓcedim⁹ ꝯñā cū ſuo ꝯſequente. et ad ei⁹ iꝓbationē dicim⁹ pᵒ. ꝙ cōmittit in ea fallacia figure dictionis. nā mutat q̄s in q̄. 13. n. null⁹ poſſꝫ mereri niſi q̄ pōt iuſticiā amittere: non ſeqt ꝙ ꝓ quocūqꝫ iſtanti mereri pōt: poſſit iuſticiam amittere. Dicim⁹ ſecūdo ꝙ aſſūptū nō eſt vl'r verū etiā ſi nō eēt ibi mutatio vni⁹ pdicamēti in aliđ. nā Xp̄s peccare nō potuit aut iuſticiā amittere: et tñ potuit mereri dū eēt viatoꝛ. Itē et cōfirmati in gr̄a ꝑut cōiter tenet ð btā vgine et de aplis dū adhuc eſſent in via mereri potuerūt ſed nō potuerūt peccare. Ad. 3ᵐ dr̄ pᵒ. ꝙ ſtāte caſu: nullū tp̄s ꝯtinuū eēt int pmū iſtās creationis et ſecūdū quo habuit actū diligēdi deū. qm̄ opatiōes angeloꝝ pſerti intellect⁹ et volūtatis non meſurant tp̄e ꝯtinuo ſꝫ tp̄e diſcreto ſi plures ſint quod cōponit ex inſtantibus. vnde argumentū ꝓcedit ex falſo. Dicit ſcđo. ꝙ dato illo tēpoꝛe intermedio: omiſſio dilectiōis dei nō eēt angelo

peccatū q2 fuiſſet illi impoſſibilis ſup quo nō cadit preceptū vt Hieronim⁹ dicit. ¶Dicit tertio ꝙ licet duo act⁹ duoꝝ angeloꝝ ſint eiuſdē ſpeī: nō ſequiť vniuerſaliť ꝙ ſint eq̄lis durationis preſerti de actib⁹ quib⁹ circa corpa agunt. qm̄ angelus ē agēs volūtariū et pōt in inſtāti vel in tēpore opari ꝓut vult. ¶Ad. 4^m dr̄ ꝙ ꝓcedit ex falſo ſuppoſito q̄ſi omnis diuturnitas tēporis vl̄ durationis augeat intēſiue meritū et dignū faciat maioris premij intēſiue. quod falſum eſt vbi quātitas charitatis ex qua vtrūq₃ meritū elicitur ſit eq̄lis. nā rō et quātitas meriti ex charitate et ei⁹ quātitate penſanda eſt. vñ duo āgeli equali gr̄a pfecti: eq̄liter intēſiue merenť et eq̄li premio digni ſunt quātūcū₃ meritū vni⁹ maius ſit alio extenſione durationis. vñ arguēs fruſtra laborat in lōgo ſuo ꝓceſſu. ¶Ad. 5^m cōcediť pma ꝯña ſed negať ſecūda et ad ei⁹ probationē dicim⁹ ꝙ q̄cquid ſit de aſſumpto: in caſu tñ dato ꝯña eſt falſa .ſ. ꝙ in quocūq₃ tēpore finito āgel⁹ talis pōt mereri penā. a. licet poſſet mereri decē penas quaꝝ quelibet equareť pene quā angel⁹ meruit ꝓ peccato inſtātaneo. nā in caſu dato. a. poniť pena excedēs quodcūq₃ peccatū volūtatis create. q2 ponitur ꝙ ſit pena quā āgel⁹ non pōt recipe quātūcūq₃ peccet. ¶Ad. 6^m dr̄ ꝙ ꝓcedit ex falſo ſuppoſito .ſ. ꝙ homo vel angelus poſſ₃ hr̄e infinitos act⁹ et infinita merita in infinitis inſtātib⁹ in q̄ q̄libet tp̄s cōtinuū pōt diuidi. nā vt deductum fuit in pma diſtinctione hui⁹ ſecūdi: licet diuiſio continui poſſit ꝓcedere aut ꝓtendere in infinitum: omnes tamē partes p diuiſionē aſſumpte finite ſunt. Et preterea licet angel⁹ in quolibet inſtāti diuiſim poſſit habere aliquē actū: nō tamē in oibus cōiunctiꝫ. q2 neq₃ omnia inſtātia accipi poſſunt. ¶Ad. 7^m cōcedim⁹ totā deductionē loquēdo de quātitate pene extēſiua. ſi tamen mortale peccatū tēpore finitū ſit et actu et reatu. nā ſi infinitū ſit reatu ſicut cui non remittiť culpa: nulla ꝓportio eſt inť peccatū mortale et veniale q̄ ad tēpus debite pene ſicut nec inter finitū et infinitum. nā vt. S. T. dicit p^a. 2^e. q. 88. ar. 4^o. omnia peccata venialia de mūdo nō poſſunt hr̄e tātū de reatu et p ꝯñs neq₃ de pena q̄m̄ vnū peccatū mortale. neq₃ de pena dāni neq₃ de pena ſenſus q̄m̄ ad vermē cōciencie neq₃ q̄m̄ ad ipſius pene durationē. ¶Ad. 8^m cōcediť tota ꝺductio. neq₃ auctoritas Aug. obſtat. qm̄ Aug⁹ itelligit ꝙ cum pm⁹ hō peccauit et receſſit a dō: ille trāſit⁹ ſeu receſſus nō ꝓceſſit ex ſapia vel ſtulticia tanq̄ ex q̄dā habitu p̄cedēte ⁊ mouēte; cū hoc tñ ſtat ꝙ pm⁹ homo i ip̄o receſſu ſtulte vel ſapiēter egerit nam et ſtulte egit q̄uis nō ex hitu ſtulticie. ſicut enim nō ois q̄ ignorāter peccat ex ignorantia peccat: ita neq₃ omis q̄ ſtulte agit ex ſtulticia agit. ¶Ad 9^m p3 rñſio ex reſpōſione ad. 4^m. ¶Ad. 10^m dr̄ ꝙ ex premiſſis nō ꝯcludiť ꝙ cōtinuatio actus obſit opanti. ſ ꝙ ꝯtingere pōt ꝙ aliq̄s nō ꝯtinuans vnū actū meritoriū pl⁹ proficiat plurib⁹ actibus meritorijs q̄ ſi vnū cōtinuauerat. nā in pluribus actib⁹ potuit magis ac magis feruenť opari ac p hoc magis ac magis in augmēto charitatis ꝓficere. ¶Ad. 11^m dr̄ ꝙ procedit ex falſo ſuppoſito .ſ. ꝙ opatio intellect⁹ et volūtatis in angelis menſureť tēpore ꝯtinuo. hoc aūt falſum ē ꝓut hitū fuit ſupra. diſ. 2^a. vñ inter inſtās in q̄ p caſum arguētis de⁹ ſuſpēderet actionē angeli et inſtās in quo pmo vellet habere aliquā actionē: nullū tēpus eſt mediū ꝙ poſſit dici occioſus. ¶Ad. 12^m. et. 13^m patet reſpōſio ex his q̄ dicta ſunt ad. 4^m. et. 5^m. ¶Ad. 14^m. dr̄ ꝙ talis volitio inſtātanea angeli pōt eſſe libere vel naturaliter ꝓducta. neq₃ valet ꝓbatio in ꝯtrariū ex auctoritate cōmētatoris. q2 cōmētator loq̄ť de mutationibus corporalib⁹ nō d̄ ſpūalib⁹ q̄les ſunt opationes itellect⁹ et volūtatis. vñ argumētū nō eſt ad ꝓpoſitū. et ideo nō ꝓſeq̄mur cetera falſa q̄ in lōgo ſuo ꝓceſſu aſſumit ¶Ad argumenta ſcdo loco facta ad p^m et 2^m et 3^m dr̄ ꝙ ꝓcedūt ex falſo ſuppoſito .ſ. ꝙ act⁹ volūtatis ꝓduciť et corrūpiť et intēditur ac remittiť partibiliť. i. p appoſitionē partī ad partē vel p ſubtractionē partis a p̄te. hoc aūt falſum ē ꝓut lati⁹ dictū fuit. li. p^o. d. 17^a. verū eſt tñ ꝙ viſio et locutio p accñs in q̄m̄ cōiungūť motui ⁊ tpi: poſſunt hr̄e ſucceſſionē hoc tñ eſt extra ꝓpoſitū nr̄m cū loquimur de cognitione et volitione angeloꝝ q̄ nō ꝯiūgūtur motui vel tēpori ꝯtinuo ¶Ad argumēta tertio loco īducta dr̄ ad oia ꝙ ꝓcedūt d̄ iſtanti tp̄is cōtinui. nos aūt pōim⁹ act⁹ itellect⁹ et volūtatis angeloꝝ mēſurari inſtātib⁹ temporis diſcreti cui⁹ vna pars ſiue vnū inſtās imediate et ꝯſequenter ſe habet ad aliud. vnde argumēta nō ſunt ad ꝓpoſitū noſtrū. auctoritas autem phi intelligitur de inceptione vel deſinitione rei que coniuncta eſt motui et tēpori continuo ſcḋm ordinem eſſentialem. ¶Ad argumenta q̄rto loco inducta p3 reſpōſio ex dictis. oia enim procedunt de inſtantibus temporis continui et ex hoc falſo ſuppoſito ꝙ intelligere et velle angelorum menſurentur vel tempore continuo vel inſtantibus tēporis continui. ¶Ad argumēta ꝯ ſingulas concluſiones. Ad primū cōtra id quod ſupponit pma ꝯcluſio: negať antecedēs. et ad ei⁹ ꝓbationē dicim⁹ ꝙ auctoritas Auguſtini nō eſt

ad ꝓpoſitū. nā Auguſtinꝰ ibi loqtur de beatitu=
dine ſtatus inocētie qꝫm ad certitudinez duratio
nis ꝑpetue. eſt eni mens Augu. ꝙ p̄mi parentes
beatiores erāt ante peccatū quibuſuis homini=
bus iuſtis in hoc mūdo poſt ſtatū peccati: qꝫm ad
vitā qua inocēter et ſine experimento penarum
viuebāt: et tamē qꝫm ad certitudinē ſui ſtatus et
beatitudinis inocentie beatiores ſunt hoīes iu=
ſti in hoc ſtatu eo ꝙ certam ſpem habent beati=
tudinis eterne ſi perſeuerauerint. primi autem
parētes in ſtatu inocētie nūquaz certi fuerunt qꝫ
diuturna vel vtrū eterna eſſet beatitudo quam
in ſtatu inocētie poſſidebant liberi ab omni mi=
ſeria et pena a errore. huiuſcemodi autē incerti
tudinem primi parentes habuerunt etiam i gr̄a
creati. ¶Ad. 2m concedimus p̄mam conſequen
tiam. et cū arguēs infert ꝙ ſi diabolus habuiſſet
gr̄am in ſui primordio: cognouiſſet ſe illaz habe
re. quia cognoſcendo naturam ſuaz: cognouiſſet
omnia q̄ in ipſo erant: reſpondemꝰ negando cō
ſequētiā. nam ex cognitione ſue nature: nō recte
infertur ꝙ cognoſceret ea que ſupra naturā ſuaz
ſibi inherēt. quia nature noticia non ducit niſi in
cognitionem naturaliū nō in cognitionez ſuper=
naturaliuz qualis erat gr̄a. Neqꝫ iterum ſequit̄
prout arguens infert ꝙ ex noticia gr̄e ſtatim ha=
beret noticiam beatitudinis. naz habens gr̄am
imo et in gr̄a cōfirmatꝰ beatus Paulꝰ dicebat.
oculus nō vidit neqꝫ auris audiuit neqꝫ i cor ho=
minis aſcēdit q̄ preparauit deus diligentibus ſe.
Neqꝫ preterea ſequitur vt arguens fallitur ꝙ ſi
diabolus gr̄am habuiſſet in primo inſtanti ſue
creationis quaſi delectatus in ipſa peccare non
potuiſſz. qm̄ ea ipſa rōne nullꝰ poſt adeptā gr̄az
peccare potuiſſet quod falſuz eſt. nō enim vt. S.
Tho. dicit in hac diſ. ar. 3°. ad. 5m. habens gr̄am
agit ex neceſſitate gratie ſic̄ nec ex neceſſitate na
ture que in bonū etiā ordinata eſt ſed ex liberta
te volūtatis etiā ſi nichil habeat retrahēs a bo=
no aut incitans ad peccādum. Neqꝫ iterum ſeq̄=
tur ꝙ habēs gr̄am ſemꝑ cogitet ſe gr̄az hr̄e: neqꝫ
etiam qn̄ actu oꝑat̄ ex gr̄a. vnde Argum ex mul=
tis falſis ꝓcedit. et per hec patet reſpōſio ad. 3m
¶Ad. 4m dicit̄ p̄mo ꝙ auctoritas Augu. debet
intelligi de gr̄a adultis collata et de cōmuni cur
ſu non qui deꝰ aliter facere poſſit. quēadmoduz
eſt de facto in pueris baptizatis ante vſum libe=
ri arbitrij et de ſanctificatis in vtero. ¶Dicitur
ſecundo ꝙ auctoritas Auguſtini vt eam expo=
nit. S. Tho. p̄a. 2e. q. 111a. arti. 2°. ad. 2m. ſic intel
ligitur ꝙ deus nō ſine nobis nos iuſtificat. quia
per motū liberi arbitrij dum iuſtificamur: dei iu=
ſticie cōſentimꝰ: ille tamē motꝰ nō eſt cauſa gr̄e
ſed effectus. vn̄ tota oꝑatio pertinet ad gratiaz.
hec ille. ex quibꝰ verbis accipit̄ ꝙ etiā in iuſtifica
tis habētibus vſum liberi arbitrij nō neceſſario
requiritur motꝰ volūtatis preueniens gr̄az imo
gr̄a preuenit motuz liberi arbitrij ad iuſtificatio
nem requiſiti. ¶Rn̄ſiones autem quas arguens
dat ad auctoritates q̄bus. S. Tho. probat ꝙ an
geli creati ſunt in gr̄a gratū faciēte: ſunt friuole.
nam primus intellectus quem habet in auctori
tate Auguſtini repugnat expreſſe textui imedia
te ſequenti vbi Auguſtinꝰ quaſi exponēs qđ ime
diate dixerat. ſimul in eis et cōdens naturam et
largiens gr̄am: ſic infert. vnde ſine bona volun=
tate hoc eſt dei amore nūq̄ꝫ ſanctos āgelos fuiſ=
ſe credendū eſt. amor autez iſte fuit amor caſtus
vt parum ſupra dixerat qui non eſt ſine charita=
te et gr̄a gratum faciente. Secūdus intellectus
eſt aperte cōtra mentē Auguſtini. Tuz quia gr̄a
de qua ibi loquitur: diſtinguit̄ cōtra naturam et
dona naturalia cū dicit. et condens naturam et
largiens gr̄am. vbi expreſſe loquit̄ de natura et
gr̄a tanq̄ꝫ de diſtinctis rebus. amor autem natu
ralis quātūcūqꝫ inocens et purus: ad naturaz et
naturalia angeli pertinet. Tum etiaz. quia vt al
legatū eſt Auguſtinus expreſſit illum amorē fuiſ
ſe caſtum quo boni angeli deo adheſerunt et a q̄
mali angeli ceciderunt. amor autē caſtus quo q̄s
deo adheret: ex vſu cōmuni ſanctorum doctorū
eſt amor procedens a gr̄a ⁊ charitate. ¶Gloſa
etiam quā dat ad auctoritatem Hieronymi: fri=
uola eſt et deſtruit textum. Tū q2 vbicūqꝫ in ſa=
cra ſcriptura vl' ſcōꝝ ſcriptꝭ piguedo. ſ. ſ. pōit̄: gr̄a
gratuz faciēs imo ⁊ ſupabūdās deſcribit̄. tū etiaz
quia verba illa dicta ſunt per ꝯparationē ad po
pulum iudeorū cui deus multa gratuita et miri=
fica ꝯtulerat pre ceteris nationibꝰ ſꝫ illud. pſal.
non fecit taliter omni nationi. vn̄ ⁊ piguedo ſpi=
ritus ſancti vbi allegat̄: nō naturalia dona q̄ oi=
bus cōmuniter dant̄ ſ; gratuita et ſupnaturalia
deſignat. ¶Ad argumenta cōtra ſecūdam par=
tem p̄me ꝯcluſiōis. Ad p̄mū dicit̄ ꝙ maior argu
mēti nō eſt vſqꝫq̄ꝫ vera: niſi nomie cauſe intelli
gat̄ om̄e illđ qđ ad actū q̄litercūqꝫ ꝯfert ſiue ꝑ ſe
ſiue ꝑ accn̄s ſiue cāliter ſiue occaſiōalit̄ ſiue vt cā
ſine q̄ nō. et ſub hoc itellectu minor ē falſa. nā i p̄
mo iſtāti creatiōis angelꝰ nō potuit hr̄e oīa req̄=
ſita ad actū pcti ad quē exigit̄ nāli ordine ꝙ p̄ce=
dat actꝰ rectꝰ ⁊ bonꝰ nature rei cōnaturalis vel
deffectꝰ ꝟtutis aut alicuiꝰ p̄ncipiorꝝ nature prout
i tertio nōbili ꝺclaratū fuit. Sic rn̄det. S. T. ad ſi
mile argumentum i. q. ꝺ malo. q. 16. ar. 5°. ad. 3m

¶Ad.2ᵐ dr̄ ꝙ propter ꝓmā rationem tactam i
argumēto:angelus i primo inſtanti peccare non
potuit.et ad eiꝰ improbationem dr̄ ꝙ maxima il
la locū hȝ in propoſito nr̄o. neqȝ obſtat ꝙ primꝰ
actus āgeli ꝓceſſit ex libertate arbitrij.nā cum li
bertas arbitrij repugnet coactioni nō nature: ni
chil ꝓhibet actum ſimul ⁊ procedere ex liberta=
te arbitrij et nāli ordine cōcomitare naturā ꝓut
ex dictis.S.Tho.deductum fuit in tertio nōbili.
¶Ad.3ᵐ negaẗ aſſumptum.libertas eni volun=
tatis nō cōſiſtit in poſſe velle aut agere bonum ⁊
poſſe velle aut agere malū.nam poſſe in malum
defectus potentie eſt et libertatis iuxta verbum
dn̄i dicentis qui facit peccatū ſeruus eſt pcti.ve=
ra autem libertas ſtat in poſſe agere vel nō age=
re ⁊ in poſſe agere hoc vel illud bonū.¶Ad.4ᵐ
diciẗ ꝙ ſi aſſis intelligatur de neceſſario requiſitis
ſiue intrinſecis ſiue extrinſecis angelo:falſuȝ eſt.
nam ſicut dictuȝ fuit ad pᵐ ad actum malum aut
defectuoſuȝ neceſſario preexigitur ꝙ preceſſerit
actus rectus vel nā aut virtus nature rei i aliquo
deficiens ſibi. quorum neutrū in prima creatiōe
angeli eē non potuit ꝓut deductum fuit i tertio
notabili.¶Ad.5ᵐ reſpondet .S.T.pᵃ ꝑ.q.63.
ar.5.ad.3ᵐ.ꝙ quicquid eſt i merito:eſt a deo. et
ideo in ꝓmo inſtanti ſue creationis angelus me=
reri potuit. ſed nō eſt ſimilis ratio de pctō quod
neqȝ a deo ē neqȝ in deū retorqueri pōt.in deum
aūt tanqȝ in primā cauſam nature rei oȝ reduce=
re primū ipſius rei actū. In.q.aūt de malo.q.16.
ar.4°ad .2ᵐ idē reſpondet expreſſius.ait eni ꝙ
alia rō eſt de merito ⁊ de pctō. nā meritū proce=
dit ex hoc ꝙ mēs rōnalis creature moueẗ a deo
qui a pricipio pōt eam mouere ad qō voluerit .ꝫ
ad peccandum mouetur mēs ratiōalis creature
a ſeipa que nō pōt ſe mouere niſi ꝫm exigentiam
nālis ordinis . ¶Ad.6ᵐ quod iducit cōtra ꝓba
tionē.S.T.dicimus ꝙ nō ſoluit rationē. nā non
obſtantibꝰ his que arguens adducit: ſtat in veri
tate eius aſſumptū. ſ.ꝙ oīs operatio q̄ ſimul inci
pit cū eē rei:eſt illi ab agente a quo hȝ eſſe. vnde
dicimus ꝙ aſſumptum eſt verū tam de opatione
naturaliter ꝯſite:qȝ de operatione libere elicita.
neqȝ arguēs aliquid in cōtrarium ꝓbat lȝ ꝓmit=
tat ſe alias ꝓbaturum.neqȝ auctoritas Auguſti=
ni ꝯfirmat eius ꝓpoſitum.nā et.S.T.pᵃ ꝑ.in eo
ipō loco et.ar° quo inducit rationē quam arguēs
pretendit refellere : adducit eam ipam auctori=
tatē Aug.ad ꝓbandum ꝙ tenentes demones in
primo iſtanti ſue creationis malos fuiſſe : nō ſūt
opinati ꝙ per naturā mali fuerint ſed ꝑ peccatuȝ
proprie volūtatis.fuit ergo intentio Aug.dicere
ꝙ taliter opinātes nō cōſentiūt manicheis q̄ po=
ſuerūt duo ꝓncipia:vnū bonū a quo oia bona et
alterꝫ malū a q̄ oia mala ꝓcedūt. hoc āt ml̄to dif
ferētiꝰ ē dictu ab eo qō.S.T.iſert ſi āgelꝰ potuiſ=
ſet peccare in ꝓmo inſtāti ſcȝ ꝙ deus bonus defi=
ciēs eſſet in ſua opatione producens naturā rei
aut virtutē eius defectuoſam vel corruptam ita
vt ꝓmo actu qui naturā conſequiẗ poſſet pecca=
re.vn̄ arguēs male ꝑcepit v̓ba.S.T. ¶Ad.7ᵐ.
qō eſt durādi reſpōdetur ad ꝓmum defectū quē
notat in ꝓbatione.S.T.ꝙ vbi.S.T.dicit ꝙ an
gelus peccauit in appetēdo verū bonū: intelligit
nō qȝtum ad ſubſtantiā actꝰ ſed in mō appetēdi
qr nō appetijt verū bonum ꝫm regulā et menſu=
ram debitaȝ. vn̄ in.q.de malo.q.16.ar.3° ad.pᵐ
dicit ꝙ diabolus cōuerſus eſt ad deū quātum ad
id qō apetijt qr bonum in ſe erat.ſed eſt auerſus
a deo qȝtū ad modū quo apetijt qr.ſ.auerſus eſt
ab ordine diuine regule. Et ad.2ᵐ inquit.malū
demonū fuit exceſſus cōuenientiū ipis inquātū
ſcȝ apetierunt beatitudinē ad quam ꝑueniſſent
ſi debito mō apetijſſent. vbi aūt.S.D.dicit ꝙ in
appetēdo verꝫ bonum nō eſt pctm̄:intelligit quā
tum ad ſubſtantiā actus ⁊ inquātū reſpicit obm̄.
¶Ad.2ᵐ defectū quē notat:negaẗ aſſumptum.
nā ille q̄ apprehendit qō non eſt verū bonū ſed ſi
mile v̓o bono:decipiẗ ſi apprehēdat illud vt verū
bonū.et i hoc ſenſu loquiẗ.S.T.¶Ad.8ᵐ quod
eſt eiuſdē cōtra primā probationē ſumptā ex pᵃ
ꝑ.ſūme:dr̄ ad primam obiectionem ꝙ aſſumptū
eſt falſum.imo ꝓpoſitio .S.T.eſt v̓a et in q̄bus
eſt ſolū principiū paſſiuū:⁊ in q̄bus eſt ꝓncipium
actiuum: ⁊ in q̄bus eſt ꝓncipium nō liberū : et in
q̄bus ē principium liberū:qȝuis aliter ⁊ alr̄ .qr i q̄
bus ē principiū paſſiuū vel actiuum non liberum
actio totaliter iputaẗ agēti.in q̄bus aūt eſt ꝓnci=
pium actiuū liberū:actio non ſolū imputaẗ agē=
ti vel auctori nature: ſed ēt ipſi nature et virtuti
eiꝰ tanqȝ cauſe ꝓxime. vn̄ exemplū de igne quod
arguēs affert ꝓ nobis facit. ¶Ad.2ᵃᵐ obiectio=
nē cōcediẗ ꝓma ꝓpoſitio ſi actiōes ſint eiuſdem
rōnis ⁊ quātū ad modū et qȝtū ad ſubſtātiā actꝰ
et tūc vltima ꝯſ̄a quā arguēs infert de velle āge
li eſt falſa.nā volitiōes angeli alie a ꝓma nō ſunt
eiuſdē rōnis cū ea qȝtū ad oia nā nulla ipaꝫ ē pri
ma.ꝓpter quā rōnem ꝓma volitio q̄ incipit cum
eē āgeli iputaẗ nature eiꝰ ⁊ ꝑ ꝯſ̄s auctori nature
¶Ad argumēta Scoti ꝯ ſecūdā ꝯcluſionē ad pᵐ
dr̄ ad minorē ꝙ ſupponit falſū.ſ.ꝙ opatio āgeli q̄
ſimul eſt cū eſſe eiꝰ nō ſit ſua.lȝ eni.S.D.dicat ꝙ
huiuſcemōi opatio ſit a ꝓducente rē:nō iō ſequiẗ
ꝙ nō ſit ēt ab ipa re libere elicita.nō ei cauſalitas

primi agētis excludit cālitatem ſecundorū agentiū preſerti nature itellectualis. ¶ Ad. 2m dr̄ ꝙ maior ē falſa. nā vt dictū eſt in rñſione ad. 5m ꝯ. 2am partē pme ꝯcluſionis: alia rō eſt de merito ⁊ de pctō. ¶ Ad. 3m dr̄ ꝙ añs vltime ꝯñe eſt falſū. qm̄ āgelus nō indiget deliberatiōe inqſitiua ad peccādū ſicē nec ad merēdū. hz eni āgelus electionē ſuoꝝ actuū non inquiſitiua deliberatiōe ꝯſilij ſed ꝑ ſubitā veritatis apprehenſionē. ¶ Ad argumēta ꝯ tertiā ꝯcluſionē ad pmū pz rñſio ex his q̄ dicta ſūt in. 2o nobili. ¶ Ad. 2m dr̄ ꝙ maior ē falſa, ꝓut declaratū fuit in pmo notabili. ¶ Ad. 3m dr̄ ꝙ ex vi argumētationis nō aliō ſequit̄ niſi ꝙ i primo inſtāti creatiōis angeloꝝ qō fuit via et bonis ⁊ malis: boni nō fuerūt diſcreti a malis qō et nos cōcedimus: et tñ cū hoc ſtat ꝙ boni a malis fuerūt diſcreti in via cōputando pro via bonoꝝ primū inſtans in quo meruerūt: ⁊ pro via malorū. 2m inſtās in quo peccauerūt. vt eni dictum ē in pmo notabili: via bonoꝝ habuit vnū inſtans dumtaxat: via aūt maloꝝ habuit duo inſtātia in quoꝝ primo meruerūt ſicut ⁊ boni: in ſecūdo vō demeruerūt peccādo. ¶ Ad. 4m dr̄ primo ꝙ loquēdo de primo peccato mali āgeli: maior argumēti ē falſa capiēdo morulas durationis. ſicut eī diabolus pmo peccauit vno actu pcti: ita et vna durationis morula. qr tñ vnū peccatuz naturali ordie cōſequit̄ ex alio ſicut inuidia ad ſuperbiaz ſimul in vno inſtāti potuit angelus peccare multis ſpecieb9 peccati. nā ſicut modus intelligendi angeli eſt ꝙ vna ſpē et vno actu cognoſcat rem et omnia que ipſam rem conſequūtur: ita ⁊ circa eius voluntatem modus cōnaturalis eſt ꝙ vno actu icurrat reatū plurium peccatoꝝ. vñ ⁊ Aug. dicit ad horoſiū ꝙ homo elatus ſuperbia ſuaſioni ſerpentis obediens: precepta dei contempſit. ¶ Dr̄ ſecundo ꝙ ſiue peccatum angelorum habuerit multas morulas ſiue vnam tm̄: minor ꝓpoſitio eſt falſa. qm̄ ſicut dictum eſt boni angeli ⁊ mali ſimul in primo inſtanti ſue creatiōis meruerunt ⁊ illud meritum fuit primuz et vltimum bonorum angelorum. ac per hoc preceſſit duratione pctm̄ malorum angelorum quod cepit in ſecūdo inſtanti creationis. neqꝫ valet probatio arguentis in contrarium. qm̄ intellectus quem ipe habuit in auctoritate apocalipſis ficticius eſt et abſqꝫ ratione adinuentus. non enim rationi cōſentaneum eſt ꝙ angeli boni in grā creati vt ipe arguens tenet tardiores eſſent in habendo vſū liberi arbitrij bonum ⁊ meritorium q̄ꝫ mali angeli malum ⁊ demeritoriuz. neqꝫ valet dicere vt arguens fingit ꝙ boni angeli habuerūt multa merita ⁊ primum ⁊ vltimatū. qm̄ vt. S. Tho. efficaciter probat loco pro cōcluſiōe allegato: ad vnū meritum vel demeritum angelorum ſequutum eſt eorum premium vel dānatio. vnde prelium factum in celo quo michael et angeli eius dicuntur pugnare cuz drachone non fuit tentatio aut incentiuum tentationis bonorum a malis. cum eo ipſo inſtanti quo mali peccauerūt: boni eternaliter beatificati ſunt. in beatis autem neqꝫ eſt clamor neqꝫ luctus neqꝫ dolor neqꝫ tentatio aut timor. qm̄ abſtergit deus omnem lachrimaz ab oculis eorum vt dicitur apoca. 21. ſed prelium illud methaphorice dictum eſt ipſa cōtrarietas et repugnantia inter malorum pctm̄ et ipius peccati bonorum deteſtationem: cuius prelij victoria intelligi poteſt ipſa bonorum cōfutatio qua malos angelos confuſos et vſqꝫ in infernum eternaliter proiectos obiurgati ſunt. ¶ Ad argumenta contra concluſionem q̄rtam ad. pm reſpōdemus dupliciter. Primo ꝙ ſicut. S. Tho. dicit pma diſtinctione huius ſecundi. q. pa arti. 2o ad. 3m nulla res permanens poteſt ſimul fieri et facta eſſe ſi fieri proprie ſumatur. ſed quedam ſunt que ſignificant ipſum factum eſſe per modum fieri ſicut cum dicitur motus terminari. ſimul enim terminatur ⁊ terminatus eſt ⁊ ſimul illuminatur et illuminatum eſt eo ꝙ illuminatio eſt terius motus vt in. 7o metha. commen. dicit ⁊ ſimiliter forma ſubſtantialis ſimul recipit̄ ⁊ recepta eſt. Et ō pō dei. q. vl' mā. 3. ar. po ad. 11m. in mutationibus momentaneis: ipſum factū eſſe dicit̄ fieri ſm ꝙ eſt in pmo inſtanti in quo factū eſt: ita dicēdum eſt ꝙ ſi via proprie ſumatur: ſimul cum termio eē non poteſt. ſed aliquis terminus eſt qui ſignificatur per modū vie inquantū accipitur in primo inſtanti ſui eſſe quaſi aliq̄d vie coniunctū ⁊ ratiōe talis modi ſignificandi dicit̄ ſimul eſſe via et terminus cum tñ non ſint ibi realiter ⁊ proprie duo quorum eſt ſimul eſſe ſed vnum tm̄mō quod eſt termin9 qui propter aliquam intellect9 apprehēſionē ſignificatur ꝑ modū vie. ¶ Secūdo reſpondemus ꝙ etiam ſm modū ſignificādi maior propoſitio nō hz veritatem quādo via ⁊ termin9 ex ſuis formalibus ⁊ ſpecificis rationib9 hñt oppoſitionem vt in propoſito noſtro ꝓut deductum fuit i quarto notabili. ¶ Ad. 2m dicitur ꝙ dictuz Augu. intelligitur de formatione eſſentiali ⁊ q̄dditatiua. gloria aūt dicit̄ gratie formatio accidētalis qr illam nobilitat ⁊ conſumat.

## ¶Diſtinctio quinta.

Circa quintam diſtinctionē q̄ritur vtrum āgelus peccādo appetijt eq̄litatem dei et arguitur ꝙ non. nam illō quod non cadit i apprehenſione: non cadit in appetitu quia bonum apprehenſū appetitum mouet. ſed creaturā aliquam eſſe eq̄lem deo non cadit in apprehenſiōe. implicat eni contradictionem. q2 neceſſe eſt finitū eē infinitū ſi equatur infinito. ergo angelus non potuit appetere equalitatē dei. ¶In oppoſitū arguit̄ ſic. gloſa ſuper illud pſalmi. que nō rapui tunc exoluebam: dicit ꝙ diabolus voluit rapere diuinitatem ꝛ pdidit felicitatem. ergo appetijt equalitatem dei. ¶In hac queſtione erunt quattuor articuli vt ſupra.

Quantū ad articulum primum ſit prima concluſio ꝙ peccatum angeli mali proceſſit ex inconſideratione. Hanc concluſionem tenet Sanctus Thomas in hac diſtinctione. q. pª arti. pº. Et pª par. q. 63. arti. pº. Et contra. gen. li. 3º caº 110. ¶2ª cōcluſio eſt ꝙ diabolus appetijt equalitatem dei non ſimpliciter quantum ad ſubſtantiam deſiderati vt ſcʒ vellet tantam bonitatem habere quātam deus habet. ſed ꝑm quid. ſ. quātum ad modum habendi. Hanc cōcluſionem tenet Sanctus Thomas in hac diſtinctione. q. pª ar. 2º. Et pª par. q. 63. ar. 3º. Et de malo. q. 16. arti. 3º. Et contra. gen. li. 3º caº 109. ¶3ª concluſio eſt ꝙ primum peccatum diaboli fuit ſuperbia Hanc concluſionem tenet Sanctus Thomas in hac diſtinctiōe. q. pª arti. 3º. Et pª par. q. 63. ar. 2º. Et contra. gen. vbi ſupra. ¶4ª concluſio eſt ꝙ angelus malus ſtatim poſt primum inſtās ſue creationis peccare potuit ꝛ peccauit. Hanc ꝯcluſionē tenet. S. Tho. pª par. q. 63. ar. 6º.

Quantū ad articulū 2m ponēde ſūt obiectiones aduerſariorum. Et quidē contra primam concluſionē arguit Aureolus probādo ꝙ incōſideratio intellectus non fuit cauſa primi peccati in voluntate angeli. et primo arguit ſic. ſi incōſideratio illa fuit cā q̄re lucifer peccauit: q̄ro q̄re lucifer magis habuit iſtā incōſiderationē ꝙ vnꝰ angelꝰ bonꝰ multo īperfectior eo in nālibus. aut a caſu: et ſic peccaſſet a caſu. nunc aūt pctm̄ eſt in his que fiunt a propoſito ꝛ ex deliberatione. aut fuit ex condicione nature: et hoc nō cum habuerit naturalia ſplendidiſſima et ꝯſiderationē ſplēdidiorem. aut fuit a voluntate ipſius volētis nō conſiderare quemadmodum voluntas alterius volebat conſiderare: et ſi ſic habeo propoſitum quia prima radix peccati fuit in angelo ex parte voluntatis et non ex parte intellectus. ¶Secūdo ad idem. quia ſi peccatum angeli fuiſſet incōſideratio de gratia: ſequitur ꝙ non fuiſſet peccatum. et ratio eſt. quia appetere bonum ſub ratione illa ſub qua eſt appetibile: non eſt peccatū. ſed beatitudo ꝑm ſe et propriam rationem eſt quoddam appetibile et non ꝑm rationem gratie. ergo appetere beatitudinem abſolute non conſiderando de gratia: non eſt peccatum. Cōfirmatur. q2 naturalis inclinatio eſt ad appetendum beatitudinem. ꝑm eni Augm omnes volumus eſſe beati Confirmatur 2º. q2 multum refert habere actū electionis indebite circunſtantionatū priuatiue et cōtrarie. hoc eſt aut elicere actum circunſtantionatum circunſtantia oppoſita: vel elicere actū carentem preciſe circunſtantia debita abſq3 hoc ꝙ ſit ibi circūſtantia oppoſita. ſicut aliud eſt velle eſſe beatum ſine gratia priuatiue vt gratia non cadat in electiōe nec oppoſitum: et aliud ſine gratia contrarie. quia oppoſitum cadit in electione. puta velle eſſe beatum ex proprijs meritis. licet igitur actus habens circūſtantiam oppoſitam ſit malus et demeritorius: tamē actus qui tm̄ caret circunſtantia debita nō eſt malus nec demeritorius niſi vbi eſt obligatio ad ſemper eliciendum cum illa circunſtantia. tunc enim eſſet peccatum omiſſionis. Sed quare vnus viator obligatur in omni actu appetendi beatitudinem actu conſiderare de gratia. Et preterea ſi nō ſemper tenebatur actu ꝯſiderare de gratia: habetur propoſitū. ſi ſic: igitur primum peccatum eius fuit omiſſiōis et nō ſuperbie contra te. Si enim non ſemper ſequitur conſiderare de gratia licet quandoq3 appetere beatitudinem in ſe non eſt de ſe malū: nō videtur ꝙ appetere hoc modo beatitudinem ſit peccatum. Cōfirmatur. ſi peccatum āgeli fuiſſet appetere beatitudinem cum oppoſito gratie: q̄re igitur in eo vere fuiſſet cōſideratio gr̄e. ſi vero tm̄ priuatiue: quare peccauit. ¶3º principalit̄

ꝙ incōſideratio non ſit radix peccati. quia ex ar-
ticulo pariſieñ. intellectu exiſtente in apice ratio
nis: voluntas poteſt in oppoſitum. ergo dato ꝙ
angelus ſumme conſideraſſet de gratia: potuit p
voluntatē elicere conformen vel difformen actū
¶ 4° ſequitur ꝙ primum peccatum angeli fue-
rit ignorantia. vel enim non tenebatur conſide-
rare de gratia: et tunc illud quod ſequebatur ex
illa inconſideratione non erat peccatuꝫ. ſicut ſi
nō teneor cōſiderare ad inebriandū me: illud qđ
ſequitur ex ebrietate non eſt peccatum. ſi enim
ebrius fornicetur: non peccat niſi per hoc ꝙ tene
batur ſe non ebriare. ſi autem tenebatur conſide
rare et ex non cōſiderare ſequebatur electio ma
la: ergo illa inconſideratio primo fuit peccatum
immo erat dupliciter imputabile. vt dicit ariſ. 3°
ethi. de ebrietate. hec aureolus in forma. ¶ Cō-
tra ſecundam concluſionem arguit Scotus pro-
bando ꝙ diabolus potuit appetere equalitateꝫ
dei abſolutam. Primo quia voluntas habet du-
plicem actum amandi. ſcilicet amorē amicicie et
actum concupiſcendi aliquid amato. et ſm vtrū
qꝫ actum habet totum ens pro obiecto. ita ꝙ ſi-
cut quodcunqꝫ ens poteſt amare amore amici-
cie: ita quodcunqꝫ ens poteſt appetere vel con-
cupiſcere ipſi amato. igitur angelus potuit ſeip-
ſum amare amore amicicie. potuit etiam ſibi cō-
cupiſcere quodcūqꝫ concupiſcibile bonum. ⁊ ita
cum equalitas dei ſit quoddam bonum concu-
piſcibile ſm ſe. igitur angelus potuit illud bonuꝫ
concupiſcere. ¶ 2° ſi equalitas dei eſſet poſſibi-
lis angelo: angelus poſſet eam concupiſcere pla
num eſt. ſed huiuſmodi impoſſibilitas non pro-
hibet quin angelus poſſet hoc velle. quia volun
tas poteſt eſſe impoſſibilium. 3° ethi. et damaſ.
ca° 38. Hoc etiaꝫ probatur. quia damnati odiūt
deum. iuxta illud. p̄s. ſuperbia eorum qui te ode
runt aſcendit ſemper. odiens autem vult oditū
non eſſe ſm ariſ. 2° ethi. igitur volunt deum nō
eſſe. ſed hoc in ſe eſt omnino impoſſibile ⁊ incom
poſſibile. igitur impoſſibilitas appetibilis nō ꝑ-
hibet quin poſſit appeti a volente peccante. Cō
firmatur. qꝛ voluntas peccans potuit velle deū
non eſſe. et potuit cum hoc velle illum gradum
et illam eminētiam dei eſſe i aliquo alio. ergo po
tuit illam velle eſſe in ſe ſicut in alio. Et ita po-
tuit velle ſibi illam eminētiam dei. ¶ Tertio ad
idem arguit aureolus. non minus eſt potens vo
luntas in appetendo q̄ꝫ intellectus in repreſen-
tando. immo aliqua que intellectus ſequens na
turam rei non poteſt componere: poteſt volun-
tas copulare ⁊ appetere. ſed intellectus poteſt re
preſentare ſimultatem cōtradictionis. vnde po-
teſt preſentare ꝙ eſſe et non eſſe ſunt contradi-
ctoria. ergo voluntas poteſt velle. Confirmat.
quia voluntas poteſt velle ꝙ cōtradictoria eēnt
ſimul vera. Confirmatur etiam. quia licet intelle
ctus ſequens naturam rei non poſſit compone-
re contradictoria cuius vt ſic eſt tm̄ formare pro
poſitiones indicatiuas: tamen intellectus qui ſe
quitur determinationem voluntatis cuius ē for-
mare vt ſic propoſitiones imperatiuas cuius eſt
actus liberi arbitrij: talis intellectꝰ videtur poſſe
formare vel componere ſimul contradictoria.
¶ Quarto idem ſic. non minus eſt potens volū
tas deliberatiua q̄ꝫ ſit voluntas non deliberati-
ua. ſed voluntas non deliberatiua licet nō diſcre
ta poteſt appetere contradictoria. vnde poteſt
eſſe impoſſibiliū. 3° ethi. quare et cetera. Dicetur
forte ꝙ ratio non concludit. non enim eſt ſimile
de voluntate deliberatiua et non deliberatiua.
qm̄ deliberatiua ſemper ſequitur rectam ratio-
nem. ſed recta ratio non eſt impoſſibiliuꝫ. Cōtra
quia hoc falſum ſuponit. quia voluntas delibe-
ratiua quandoqꝫ poteſt eſſe contra dictamen re
cte rationis. ideo dixi voluntate licet non diſcre
ta. ¶ Quinto idē arguit ſic. tu ponis ꝙ angelus
potuit appetere equalitatem dei indirecte puta
appetendo ſe habere gloriam a ſe. ex hoc arguo
ſic. ita implicat contradictionem ꝙ angelus ha-
beat gloriam a ſe: ſicut ꝙ ſit deus. igitur propter
implicationem contradictionis non oportet po
nere ꝙ angelus non potuerit appetere equalita
tatem dei. ꝯña patet. ſed antecedens probatur.
quia habere gloriam a ſe: eſt habere gloriaꝫ per
principia naturalia. ſed habere beatitudinem
vel gloriam per principia naturalia: arguit i an-
gelo infinitatem eſſentie ſue in ratione obiecti.
Arguit etiam omnipotentiam quare et c̄. hec il-
le in forma. ¶ Contra tertiam concluſionem ar
guit Scotus probando ꝙ non fuit primum pec-
catum diaboli ſuperbia multipliciter. Et primo
ſic. peccatum diaboli fuit maximum peccatum
quia irremediabile. ſuperbia autem nō eſt maxi-
mum peccatum quod patet. quia eius oppoſitū
ſcꝫ humilitas non eſt maxima virtutum. tum qꝛ
humilitas poteſt eſſe informis non autem chari
tas. igitur minus bonuꝫ eſt humilitas. tum quia
loquendo de virtutibus moralibus humilitas ē
quedam temperantia. omnis autem temperan
tia eſt minus perfecta virtus q̄ꝫ amicicia que eſt
perfectiſſima virtus ſub iuſticia. 8. ethi. igitur ⁊c̄.
¶ 2° quia ſuperbia conſiſtit in iraſcibili. nullꝰ au
tem actus iraſcibilis poteſt eſſe primꝰ. qꝛ iraſci-

bilis eſt propugnatrix concupiſcibilis . et iō paſ=
ſiones eius oriuntur ex paſſionibus concupiſcibi
lis.¶3°.quia ſuperbia videtur eſſe appetitus ex
cellentie.quia ſm Augu.l4.de ciuitate dei.quid
eſt ſuperbia niſi peruerſe celſitudinis appetitꝰ.ex
cellentia autem eſt reſpectu aliorum quibus ex=
cellit . Sed angelus non primo appetijt aliquid
in ordine ad alios.ſed prius appetebat aliquid i
ſe ꝙ̄ illud appeteret in ordine ad aliud ſicut ni=
chil eſt ad alterum niſi quod prius eſt ad ſe : ita
nullus appetit aliquid in ordine ad aliud:niſi qꝛ
prius appetit ſibi et per ꝯñs primo ſibi appete=
bat illam ꝙ̄ reſpectu aliorum.¶4° quia inferio
res demones non videntur apetijſſe dñium diſ=
conueniens eis . nec etiam conſenſiſſe dño luci=
feri.probabile enim videtur ꝙ magis appetierūt
eſſe ſub deo ꝙ̄ ſub lucifero. igitur primum pecca
tum non videtur in eis fuiſſe ſuperbia.¶5° quia
primus actus inordinatus voluntatis demonis
fuit velle amicicie reſpectu ſui. igitur nō fuit pro=
prie ſuperbia.antecedens probatur.quia nulluꝫ
nolle eſt primus actus inordinatus voluntatis.
quia nō poteſt haberi nolle niſi in virtute alicuꝰ
velle.Et ſi velle fuit ordinatum accipiēdo obie=
ctum cuꝫ circunſtantijs debitis:nolle qđ habere
tur ſibi ꝯñter eſſet ordinatum.eodem modo om
nis amor concupiſcentie preſupponit amorem
amicicie. et ſi amor amicicie eſſet ordinatus:tūc
amor vel velle concupiſcentie ꝯñs eſſet ordina=
tum.Nam ſi ordinate amo illud cui amo bonuꝫ
ordinate volo illud bonum cui volo bonum.ſe=
quitur igitur ꝙ primus actus inordinatus volū=
tatis fuit primum velle amicicie reſpectu eiꝰ cui
voluit bonum. hoc autem obiectū non fuit deꝰ.
quia non potuit deum inordinate amare ex intē
ſiore amore amicicie. Nam deus eſt tale amabi
le ꝙ ex tota ratione ſui vt obiectum eſt:dat com
pletam rationem bonitatis actui perfecte inten
ſo.nec eſt veriſimile ꝙ aliquid aliud a ſe nimis in
tenſe amauerit actu amicicie. tum quia iclinatio
naturalis magis inclinauit ad ſe ꝙ̄ ad aliqđ aliđ
creatum amandum ſic. tum quia non videtur ꝙ
aliquod aliud creatum ſic itellexerit ſicut ſe.tum
quia amicicia fundatur ſuper vnitate. 8.ethi.et
etiam amicabilia ad alterum procedunt ex ami=
cabilibus ad ſeipſum .9.ethi. igitur primus actꝰ
inordinatus fuit actus amicicie reſpectu ſui. ⁊ ſic
patet añs.ſed ꝯña ꝓbatur.qꝛ inordinatus amor
amicicie reſpectu ſui:non eſt ſuperbia proprie di
cta.ſed videtur reduci ad luxuriā. ſicut peccatuꝫ
quo quis inordinate delectatur in ſpeculatione
concluſionis geometrice:reducitur ad luxuriam

¶6° qꝛ preſumptuoſus videtur preferre ſe alijs
in bonis q̄ vere habet vel in his q̄ reputat ſe ha=
bere de ſe.Amor autem amicicie inordinate reſ=
pectu ſui nō videtur eſſe talis preſumptio . quia
eiuſdem rationis videtur eſſe in malicia immo=
derate ſe amare amore amicicie:et aliū puta ꝓ=
ximum . Sed amando aliū immoderate nullus
dicitur preſumptuoſus ſed magis luxurioſus. igi
tur nec ſic amando ſe. ¶7°.quia primum pecca
tum eius aut fuit velle aut nolle. non poteſt dici
ꝙ nolle.quia om̄e nolle preſupponit aliqđ velle .
a nullo enim refutatur aliquid niſi quia non po=
teſt ſtare cum obiecto volito vel cum aliquo ac=
ceptato tanꝙ̄ conuenienti.Et a ſimili om̄e nolle
inordinatum preſupponit velle deordinatum. ſi
dicatur ꝙ primum peccatum eius fuit velle : aut
ergo velle amicicie aut velle cōcupiſcētie.ſi velle
amicicie: probatum ē ꝙ illud fuit luxuria. ſi velle
cōcupiſcētie:igitur illud fuit etiam luxuria.quod
probatur.quia primum cōcupitum ab eo nō fuit
aliud ꝙ̄ beatitudo . quia cōcupiſcendo illam nō
peccauit niſi peccato luxurie. igitur ⁊c̄.maior pa
tet quadrupliciter.primo .nam primū concupiſ=
cere inordinatū: nō proceſſit ex affectione iuſti=
cie ſic̄ nec aliqđ aliđ pctm̄ ꝓcedit ex illa affectiōe
igiẗ ex affectiōe commodi . qꝛ ois actꝰ volūtatis
elicitus : aut elicitur ſm affectionem iuſticie aut
commodi ſm anſelmū de caſu diaboli.ca. 4.ſm
aūt anſelmum. maximum commodum maxime
appetitur a voluntate nō ſequente regulam iuſti
cie.et ita primo quia nihil aliud regulat illā volū
tatem nō rectam niſi appetitus inordinatꝰ ⁊ im
moderatus illiꝰ maximi cōmodi. Maximū autē
cōmodum eſt beatitudo pfecta.igiẗ et c̄.¶2° qꝛ
primū peccatum in ꝯcupiſcendo fuit aliqđ velle.
nihil eni refugit aliqđ a ſe hoc eſt ne ſibi adiūgaẗ
vł cōiūgaẗ niſi qꝛ eius oppoſitū cōcupiuit.aut igiẗ
illđ ꝯcupiuit amore honeſti:aut amore vtilis aut
amore delectabilis. Nō amore honeſti . qꝛ tunc
nō peccaſſet.nec amore vtilis.qꝛ ille non eſt pri=
mus amor .ex quo enim omne vtile reſpectu ali
cuius eſt vtile:nullus primo cōcupiuit vtile . ſed
illud ad quod eſt vtile.ꝓmo igitur peccauit amā
do aliqđ exceſſiue tanꝙ̄ ſumme delectabile.ſum
mū aūt delectabile ē beatitudo.igitur.¶3° om=
nis potentia appetitiua ꝯñs in actu actum appre
henſiue potentie:primo appetit delectabile con=
uenientiſſimū ſue cognitiue vel delectationem i
appetibili. qꝛ in tali appetitu maxime quietatur.
qđ patet de appetitu ꝯñte apprehenſionem guſtꝰ
vel auditꝰ viſus vel tactꝰ.quia quilibet talis ma
xime appetit obiectū pfectiſſimū potentie appre=

henſiue cuius actũ cõſequit̃ in appetendo. igitur
voluntas ſeparata ab omni appetitu ſenſitiuo:
primo omnino appetit illud qđ eſt cõuenientiſſi
mum intellectui cuius cõuenientiam ſequitur il
lud appetere. vel primo appetit delectationem ĩ
tali obiecto. et per cõſequens beatitudinem in=
cludentem obiectũ et actũ et delectationem cõ=
ſequentem. ¶ 4°. illud primo appetitur a volũ=
tate non regulata per iuſticiam: quod ſi eſſet: ſo
lum appeteret̃ et nichil aliud ſine illo. ſed tale eſt
delectatio. nõ enim excellẽtia nec aliquid aliud
ſi eſſet triſte appeteretur. ſed delectatio vel aliqđ
tale appeteretur. ergo videtur ꝙ primo concupi
uit beatitudinem. Sic igit̃ patet prima pars an
tecedentis. ſed ſecunda probatur. quia appetit⁹
beatitudinis nõ eſt proprie ſuperbia ſed ad pec
catũ luxurie reduci poteſt. licet enim ꝓprie luxu
ria ſit in actibus carnis: tamen omne delectabile
immoderate appetitum ĩquantũ delectabile: po
teſt dici luxuria ſi nõ eſt excellentia concupita. ſi=
cut nec fuit iſta appetitio beatitudinis. hec ille in
forma. ¶ Contra quartam cõcluſionem arguit
Gregorius probando ꝙ diabolus non peccauit
ſtatim poſt primum inſtans ſui eſſe: ſed fuit ali=
qua morula iter creationem et lapſum. ⁊ arguit
ſic. angelus in primo inſtanti fuit in gratia. igitur
nõ immediate poſt primũ inſtans peccauit. añs
tu cõcedis. Sed ꝓbatur cõſequentia. quia ſi gra
tia eius fuit in primo inſtanti. igitur et poſt pri=
mum inſtans cum nõ ſit dare vltimum inſtãs in
quo fuerit gratia in eo. ita ꝙ poſt nichil eius fue=
rit in eo. ſicut nec contingit in alijs rebus ſm po=
tentiam naturalem creatam quicquid ſit de po=
tentia dei abſoluta. ¶ Ad hoc eſt etiam auctori
tas origenis ſuper Ezechielem quam magiſter
recitat in. 3ª diſtinctione. ſerpens inquit eſt ho=
ſtis cõtrarius veritati: nõ tamen a principio nec
ſtatim ſuper pectus et ventrem ſuum ambulauit
ſicut Adam et eua non ſtatim peccauerunt. ex q̃
auctoritate concludit magiſter ꝙ aliqua morula
licet breuiſſima cecidit inter creationem ⁊ lapſũ
¶ 3°. arguit ꝙ. S. Tho. dicit incompoſſibilia et
dictis eius alibi repugnantia. quod probatur. qr
ſi angelus malus in primo inſtanti habuit aliquẽ
actum liberi arbitrij: aut habuit tunc actuꝫ meri=
torium aut demeritorium. patet per eum. ſi me=
ritorium: igitur ſm eum fuit beatus quod tamẽ
vitare itendit tanq̃ falſum. ſi demeritorium. igi=
tur tunc non habuit gratiam. quia cum demeri=
to non ſtat gratia. non enim fuit veniale pecca=
tum ſed mortale. ¶ Quarto. angelus in aliquo
inſtanti primo peccauit vt ipſe habet concedere
cum ponat ꝙ angelus producit actum ſuum in
inſtanti. aut igitur peccauit ĩ primo inſtanti aut
in aliquo alio. non in primo. quia tunc in primo
fuiſſet malus quod eſt erroneum. Et ipſe negat
et concedit conſequentiam. ergo in aliquo inſtã
ti ſequenti peccauit primo. ſed iter quelibet duo
inſtantia cadit tempus medium et mora. igitur
et cetera. nec valet reſponſio quam ipſe facit ad
hoc argumentum dicẽs ꝙ propoſitio aſſumpta
verum habet loquendo de tempore cõtinuo nõ
autem loquendo de tempore diſcreto. et cetera.
Quod enim hoc non valeat ad propoſitum ar=
guitur. Quero enim inquit ſuppoſito ꝙ tunc fue
rit tempus celi cõtinuum ſicut poſſibile fuit. aut
celum fuit ĩ eodem loco primo cum angelus fuit
primo creatus et cum primo peccauit: aut in alio
et alio. ſm ꝙ dicimus celum nunc eſſe in vno lo=
co et nunc in alio. ſi in eodem: igitur in eodem in
ſtanti temporis fuit creatus et fuit malus et non
fuit malus. quod eſt impoſſibile. Si in alio ⁊ alio
igitur temp⁹ medium lapſum fuit. ſiue igitur mẽ
ſurentur operatiões angelice tempore vel inſtã
ti temporis continui ſiue non. coexiſtunt tamen
ſi illud ſit. et per cõſequens inter creationem an=
geli et eius lapſum tempus fluxiſſet ſi tunc tale
fuiſſet quod eſt propoſitum. ¶ Quinto. quia pa
ri ratione ſi aliquam nouam noticiã habeat mo=
do angelus bonus vel malus: poſſet dici ꝙ im=
mediate poſt eius creationem habeat eam. et ꝙ
nulla mora vel tempus fuerit inter eius creatio=
nem et noticiam hanc. quod nullus diceret.
¶ Sexto. quia falſum aſſumit ꝙ angelus ꝑ quẽ=
libet actum meritorium conſequitur ſuam bea=
titudinem. et ſimiliter cum dicit ꝙ naturale ẽ an
gelo ꝙ naturalem perfectionem acquirat. non
per diſcurſum ſed ſtatim habeat et cetera. Nam
quicquid ſit vtrum naturalem perfectionem ac=
quirat per diſcurſum vel non: beatitudinem ta=
men ſupernaturalem nõ ſimul acquirit cum me=
rito. et licet gratia perficiat naturam. non tamẽ
facit ꝙ premium ſupernaturale naturaliter con=
ſequatur quodlibet meritum. nec etiam ex diſ=
poſitione diuina quodlibet meritũ ſequitur bea
titudo illa. ſed meritum et durationem eius iux=
ta diſpoſitionem diuine voluntatis. quale q̇dem
meritum non fuit in angelis malis. fuit autem in
bonis. Et hec eſt ratio ſm anſelmum de caſu dia
boli capitulo ſexto quare iſti conſequuti ſunt per
fectam beatitudinem non autem illi ſed perpe=
tuam damnationem. et in hoc ſecundus articu=
lus terminatur.

Quantuꝫ ad articulū tertiū primo notandū eſt pro declaratione prime concluſionis ꝙ vt. S. Tho. pulchre deducit in. q. de malo. q. pª arti. 3º in. cor. malum ſiue peccatum inquantum huiuſmodi cauſam per ſe habere non poteſt. nam malum inquantum malum: non poteſt eſſe intētum neqꝫ volitum ab agentē cum omne appetibile habeat rationem boni. qđ autem euenit preter intētionem agentis: non eſt eius effectus per ſe ſed per accidens. quemadmodum effoſſio ſepulchri per accidens eſt cauſa inuentionis theſauri quādo prouenit preter intentionem fodientis ſepulchrum. relinquitur ergo ꝙ ſolum bonum habeat cauſam per ſe. cauſa autem per ſe boni eſſe non poteſt niſi bonum. non enim arbor mala fructus bonos profert vt dñs dicit in euangelio. malum autem habet cauſaꝫ per accidens cum nō poſſit habere cauſam per ſe vt dictum eſt. et quia oīe per accidens reducitur ad id quod eſt per ſe: cauſa autem per ſe non eſt niſi bonum: conſequitur neceſſario ꝙ cuiuſlibet mali: bonuꝫ ſit cauſa per accidens. q̄uis enim malum quod eſt defectiuū bonum poſſit eſſe cauſa mali: et tamen oportet deuenire ad hoc ꝙ prima cauſa mali non ſit malum ſed bonum. Ad cuius intelligentiam cōſiderandum eſt ꝙ duplex eſt modus quo malū cauſatur ex bono. vno modo bonum eſt cauſa mali inquantum eſt deficiens. alio modo inquantum eſt per accidens agens. quod quidem in rebꝰ naturalibus de facili apparet. huius eniꝫ mali quod eſt corruptio aque: cauſa eſt virtus ignis actiua. que quidem non principaliter intendit et per ſe non eſſe aque: ſed principaliter intēdit formam ignis inducere in materiam: cui cōiungitur ex neceſſitate: non eſſe aque. et ſic per accidens eſt ꝙ ignis faciat aquam nō eſſe. Huius vero mali qđ eſt monſtruoſitas partus: cauſa eſt virtus deficiens in ſemine. Sed ſi queratur cauſa huius defectus qui eſt malum ſeminis: erit deuenire ī aliquod bonum quod eſt cauſa mali per accidēs et non inquātum eſt deficiens. huius enim defectꝰ qui eſt in ſemine: cauſa eſt aliquod principiū alterans quod inducit qualitatem cōtrariam qualitati que requiritur ad bonam diſpoſitionem ſeminis: cuius alterantis virtus quanto fuerit perfectior tanto hanc qualitatem contrariam magis inducit et per conſequens defectum ſeminis conſequentem. vnde malum ſeminis non cauſatur ex bono inquantum eſt deficiens: ſed cauſatur ex bono inquātum eſt perfectum ſed per accidens. In voluntarijs autē quodammō ſimiliter ſe habet ſed non quantum ad omnia. manifeſtum eſt enim ꝙ delectabile ſm ſenſum: mouet voluntatem adulteri et afficit eam ad delectandum tali delectatione que excludit ordinem rationis et legis diuine quod eſt malum morale. ſi ergo ita eſſet ꝙ volūtas ex neceſſitate reciperet impreſſionem delectabilis allicientis ſicut ex neceſſitate corpus naturale recipit impreſſionem agentis: omnino idem eſſet in voluntarijs ⁊ naturalibus. non eſt autem ſic. quia quātumcunqꝫ exterius ſenſibile alliciat: in poteſtate tamen voluntatis eſt recipere vel non recipere. vnde mali quod accidit ex hoc quod recipit: non eſt cauſa preciſe ipſum delectabile mouens: ſed magis ipſa voluntas. q̄ quidem eſt cauſa mali ſm vtrūqꝫ predictorum modorum ſcilicet ⁊ per accidēs et inquantum eſt bonum deficiens. per accidēs quidē inquantū volūtas fert in aliqđ quod ē bonum ſm quid: ſed habet coniunctum aliquid qđ eſt ſimpliciter malum. ſed vt bonum deficiēs inquantum in voluntate oportet preconſiderare aliquem defectum ante ipſam electionem deficientem per quam eligit ſm quid: bonum quod eſt ſimpliciter malum. quod ſic patet. In omnibus enim quorum vnum debet eſſe regula ⁊ menſura alterius: bonum in regulato et menſurato: eſt ex hoc ꝙ regulatur et conformatur regule et menſure: malum vero ex hoc ꝙ eſt non regulari vel menſurari. Si ergo ſit aliquis artifex qui debeat aliquod lignum recte incidere ſm aliquam regulam: ſi non directe incidat quod eſt male incidere: hec mala icīſio cauſabitur ex hoc defectu ꝙ artifex erat ſine regula et menſura. Similiter delectatio et quodlibet aliud in rebus humanis eſt menſurandum et regulandum ſm regulam rationis et legis diuine. vnde non vti regula rationis et legis diuine preintelligitur in voluntate ante inordinatam electionem. huiuſmodi autem quod eſt nō vti regula predicta: non oportet aliquam cauſam querere. quia ad hoc ſufficit ipſa libertas voluntatis per quam poteſt agere vel non agere. et hoc ipſum quod eſt non attendere actu ad talem regulam in ſe conſideratam non eſt malum nec culpa nec pena. quia anima non tenetur nec poteſt attendere ad huiuſmodi regulam ſemper in actu. ſed ex hoc accipit p̄mo rationem culpe: ꝙ ſine actuali conſideratione regule procedit ad huiuſmodi electionem ſicut ar-

tifex nō peccat in eo ꝙ nō ſemper tenet menſurā
ſed ex hoc ꝙ nō tenēs menſurā ꝓcedit ad incidē
dum. et ſimiliter culpa volūtatis nō eſt in hoc ꝙ
nō actu attendit ad regulam rōnis vel legis diui
ne: ſed ex hoc ipſo ꝙ non hñs regulam vel menſu
rā hmōi procedit ad eligendū. et inde eſt quod
Auguſtinus dicit vt i duodecimo de ciuitate dei
ꝙ voluntas eſt cauſa peccati inquantum eſt defi
ciēs. ſed illum defectum comparat ſilentio vel te
nebris quia ſcilicet defectus ille eſt negatio ſola.
hec Sāctus Thomas. Cum autem dicitur ꝙ bo
num eſt cauſa mali per accidens: intelligendum
eſt ꝓut ipſe ibidem exponit ad. 14$^{m}$. ſm accidēs
qđ accidit effectui. inquātum. ſ. bonum eſt cauſa
alicuius boni cui accidit priuatio que dr̄ malum.
¶ Ex premiſſis colligimus notanda ad ꝓpoſitū
noſtrū. Primo ꝙ malum nō habet cauſam p ſe
ſed cauſam per accñs dūtaxat. et loquimur nunc
de cauſa agente. Secūdo ꝙ cauſa per accidens
mali eſt bonum. Tertio ꝙ bonum eſt cauſa ma-
li. aliquando quia eſt deficiens quia. ſ. habet ali-
quem defectum adiunctum. aliquādo nō vt defi
ciens: ſed qꝛ eius effectui p ſe intento malū aut
defectꝰ coniungit et nō ꝓpter virtutem agentis
defectiuam. Quarto ꝙ in oībus regulatis ⁊ mē-
ſuratis malū eſt nō cōformari regule aut menſu-
re ſicut et eorū bonum cōſiſtit in eo ꝙ regule aut
menſure conformātur. Quinto ꝙ nō vti regula
rationis et legis diuine: preintelligitur in volūta
te ante inordinatam electionem. et huiuſcemōi
non vſus: non oportet aliam cauſam querere ꝙ̄
voluntatis libertatem qua voluntas abſq; alio
mouente poteſt agere vel non agere. Sexto ꝙ
non vti regula rationis et legis diuine ante ele-
ctionem inordinatam non habet rationem cul-
pe: ſed poſt ipſam electionem ſaltem ordine na
ture: habet rationem culpe omiſſionis. nam ſm
ſe et abſolute nō vti regula rationis vel legis di-
uine culpa non eſt aut malum. quia non tenetur
hō neq; poteſt ſemper actu attēdere ad huiuſce
modi regulas. ſed quia tenetur hō ex debito pre
cepti actiones ſuas et electiones conformare re
gule rationis et legis diuine; tenetur etiam pro
tunc. i. ſi eligit et ſm electionem agit: regulam ra
tionis ⁊ diuine legis cōſiderare ⁊ ad eam attēde
re. quod ſi non facit; peccat peccato omiſſionis.
nō qꝛ omittit ad p̄dictas regulas attendere ab-
ſolute loquēdo: ſed qꝛ eligit vel agit: ad ipas nō
attendendo ad qđ ex precepto tenebat. ¶ Hijs
prenotatis dicimus in ꝓpoſito nr̄o primo ꝙ ma
lus angelus peccauit primo peccato: inordinate
appetendo ⁊ eligendo ſibi bonum non ſm regu-
lam diuine legis neq; ad eam attēdens ad quod
tenebatur ex precepto ſue mēti a deo indito. Se
cundo. ꝙ primum peccatum angeli non fuit incō
ſideratio aut non attentio: ſed primum peccatū
eius fuit commiſſionis. habuit tamen culpā omiſ
ſionis adiunctam. non ſm ꝙ omiſſio eſt ſpeciale
peccatum quando. ſ. dimittitur aliquid fiendum
quod ſpecialiter preceptum eſt: ſed ſm ꝙ eſt cō-
dicio generalis omne peccatum cōſequens ꝓut
ſcilicet eſt dimiſſio alicuius circunſtantie in ope-
re obſeruande. quod et Sanctus Thomas no-
tat in hac diſtinctione queſtione prima articulo
tertio ad. 4$^{m}$. ad quod ſequutum eſt peccatum
inconſiderationis et non attentionis ad regulā
diuinam quod fuit peccatum omiſſionis. quia. ſ.
appetens et eligens bonum ſibi: non conſidera-
uit neq; attendit ad diuinam regulam ad quam
tenebatur attendere pro tunc et illi ſe conforma
re. Tertio. ꝙ non cōſiderare diuinas leges et ad
illas non attendere fuit malis angelis vel cauſa
ſine qua non vel magis concōmittanter ſe ha-
bens ad primum peccatum: nec tamen ex hoc ſe
quitur ꝙ in eis peccatum inconſiderationis pre-
ceſſerit peccatum electionis. nam cauſa ſine qua
non et concōmittans poteſt eſſe ſine culpa: effe-
ctu exiſtente culpabili. quoniam et ipſe virtutes
poſſunt eſſe male vtentibus occaſio vel cauſa ſi-
ne qua non peccandi vt ſuperbiendi. ſecundum
quem modum apoſtolus dicit ſcientia inflat. et
Augu. dicit in regula. ſuperbia bonis operibus
inſidiatur vt pereant.

**Secundo.** Notandū eſt prout Sā
ctus Thomas docet in
queſtionibus de malo queſtione vel materia ter
tia articulo ſeptimo in corpore ꝙ differunt neſ-
cientia ignorantia et error. neſcientia enim im-
portat ſimpliciter negationem ſcientie. ignoran
tia vero quandoq; ſignificat ſcientie priuationē
et tunc ignorantia eſt carere ſcientia quam quis
aptus natus eſt habere. eſt enim de ratione pri-
uationis ꝙ ſit in ſubiecto apto nato. quandoq;
autem ignorantia eſt aliquid ſcientie contrariū
vt cum aliquis habet habitum falſorum princi-
piorum et falſarum opinionum ex quibus impe
ditur a ſcientia veritatis. error autem eſt: appro
bare falſa pro veris. vnde ſuper ignorantiam ad
dit actum approbationis. nam poteſt eſſe igno-

rantia ſine eo ꝙ aliquis de ignotis ſententiam ferat vel ea approbet: et talis ignorantia nõ eſt error. tunc enim proprie loquendo dicitur quis errare quando falſam ſententiam fert d̃ his que neſcit. vnde error proprie loquendo ſemper habet rationem peccati. non enim eſt abſqꝫ preſũptione ꝙ aliquis de his que ignorat ſententiã ferat et maxime in quibus periculum exiſtit. neſciẽtia autem de ſe neqꝫ rationem culpe habet neqꝫ pene. poteſt enim aliquis neſcire ea que ad ipſum ſcire non pertinent vel q̃ nõ eſt aptꝰ natus ſcire. vnde et in angelis beatis eſt neſcientia vt Dionisius dicit. 6° capitulo eccleſiaſtice hierarchie. ignorantia vero de ſe rationem pene dicit. rationem autem culpe nõ omnis ignorantia habet. ignorare enim ea que quis non tenetur ſcire abſque culpa eſt etiam ſi aptus natus ſit ea ſcire. ſed ignorãtia illa qua quis ignorat ea que tenetur ſcire non eſt abſqꝫ peccato. Idem in ſentẽtia accipi põt ex alijs diuerſis locis doctrĩe Sãcti Doctoris. ¶ Ex hijs inferimꝰ ꝙ primũ peccatũ demonis non fuit ex errore aut ignorantia ſi ꝓprie capiantur. nam vt dictũ eſt: errare eſt approbare falſa pro veris. ſed ante primum peccatum non potuit eſſe in intellectu ãgeli aut falſitas aut falſitatis approbatio. naꝫ vt Sanctus Thomas deducit p̃ma parte. q. 58. articulo. 5°. angelꝰ naturaliter intelligendo quodquideſt rei: cognoſcit omnes eius proprietates et omnia que naturaliter rem ipſam conſequũtur vel ab ea remouentur non componendo aut diuidendo aut diſcurrendo de vno in aliud ſed per ſimplicem intuitum. vt autem philoſophꝰ dicit. 3°. de anima intellectus etiam hominis circa quodquideſt nõ poteſt eſſe falſus niſi per accidens componendo et diuidendo quod in angelis non contingit. vnde angeli circa cognoſcibilia naturaliter ab eis: errare non poſſunt ſicut neqꝫ circa quodquideſt. eo ꝙ omnia illa per ſimplicem intellectũ quidditatis cuiuſlibet rei angeli cognoſcant. Circa ſupnaturalia vero in angelis poteſt eſſe falſitas et error. quemadmodum eſt in demonibus ex peruerſitate voluntatis qua ſe et intellectus ſui iudicium a diuina ſapientia et ordinatione ſubducũt. ac per hoc de ſupernaturalibus et ignotis ꝑ naturalia que cognoſcunt: iudicare preſumunt. In bonis vero angelis huiuſcemodi error non contingit. quoniam habentes rectam voluntatem: non iudicant de hijs que ſupernãliter ad rẽ ptinẽt per ea que naturaliter de ipſa cognoſcunt niſi ſalua ordinatione diuina. vnde in eis nõ poteſt eẽ falſitas vel error. Facit ad premiſſa quod Sanctus Doctor ſcribit in. q. d̃ malo. q. 16. arti. 6°. cum autem in angelis etiam qui peccauerũt non fuerit peruerſa voluntas ante primum peccatum neqꝫ paſſio mentem obtenebrans: ſicut in nobis cum non habeant partem ſenſitiuam cuiꝰ ſunt paſſiones: non potuit in eis eſſe falſum iudicium aut temerariuꝫ. et per cõſequẽs neqꝫ error Neqꝫ in eis ante primum peccatum potuit eſſe ignorantia. eo ꝙ ignorantia proprie ſumpta ſm ſe eſt pena vt dictum eſt. et aliquando habet rationem culpe. pena autem culpam precedere nõ debuit. neqꝫ primum peccatum culpa aliqua precedere potuit. Et quia ſecundũ doctrinam philoſophi et Auguſtini quam Sanctꝰ Thomas ſequitur: omnem inordinatam electionem precedit aliquis in intellectu defectus: ſequitur ex premiſſis ꝙ primum peccatum demonis ex neſcientia vel inconſideratione ſequutũ ſit. nam omnis intellectus defectus eſt aut error aut ignorantia aut neſcientia vel inconſideratio. detentus ſiquidem circa proprie excellentie conſiderationem angelus qui peccauit et de ſe plurimum complacens ac de proprio cõmodo nimis ſolicitus: non conſiderauit dei virtutem neqꝫ gratie meritum neqꝫ beatitudinis dignitatem. vnde ſequutum ẽ ꝙ dona gratie proprijs meritis vſurpare putaret et diuine maieſtatis equalitatem appeteret. Si tamen large et improprie error accipiatur ꝓ quocũqꝫ intellectus defectu etiam actualis conſiderationis aut pro errore electionis qui conſiſtit in defectu vel inordinatione eligendi et conſequitur omne peccatum nam errat omnis qui malum agit: dici poteſt ꝙ primum peccatum angeli ex errore conſequutum eſt. et ſimiliter ex ignorantia capiendo ignorantiam large et improprie pro neſcientia vel pro incõſideratione. Cũ autem Sanctus Thomas dicit ꝙ primum peccatum angeli non fuit ex errore vel ex ignorãtia: loquitur de eis ſecundum primam et propriam acceptionem: non de ſecunda et impropria. vnde et in hac diſtictione. q. prima articulo primo in corpore concedit ꝙ in angelis potuit eẽ error electionis. ¶ Aduertendum tamen ꝙ licet Sanctus Thomas dicat in hac materia ꝙ peccatum angeli preceſſit inconſideratio vel non attentio ad diuinã regulam qꝛ om̃e peccatuꝫ i volũtate ꝑſupõit d̃fectũ aliquẽ i itellectu: nõ tñ eſt mẽs ciꝰ ꝙ ex ipſa incõſideratione tanqꝫ ex cauſa: directe

prouenerit peccatū mali angeli vt quidā putāt: ſed ꝙ ſe habuit antecedenter ad illud propter naturalem ordinem quo actus voluntatis preſupponit actum intellectus ꝛ defectus defectum. cauſa autem directe et per ſe motiua ad primuꝫ peccatum fuit angelo amor ſui conſequutus ex conſideratione proprie excellentie ſuper alias creaturas.

¶ Tertio propter quedam argumēta contra tertiam concluſionem duo notanda ſunt. Primum eſt ꝙ vt Sanctus Thomas docet. 2ª. 2ᵉ. q. 63. articulo. 3° in peccato duplex attenditur grauitas. vna quidē ex ipſa ſpecie peccati que ſumitur ex obiecto. quēadmodum dicimus adulterium eſſe grauius peccatū ſimplici fornicatione. alia eſt grauitas peccati que eſt ſm aliquam circunſtantiam vt loci vel perſone aut temporis vel etiam ſm maius nocumentum quod infert. prima grauitas eſſentialior eſt peccato et principalior. vnde ſm eam magis dicitur peccatum graue ꝙ̄ ſecundum aliam. et ſecundum primaꝫ grauitatem dicitur peccatum graue ex genere et ex ſpecie. ſecundum autem grauitatem ſecundam: peccatum dicitur graue ex circunſtantia aut euentu que ſe habent accidentaliter ad actum peccati. ¶ Secundum notandum eſt prout Sanctꝰ Thomas eodē libro dicit. q̄ſtione. 162. articulo. 6°. ꝙ in peccato duo ſunt ſcilicet cōuerſio ad cōmutabile bonum que materialiter ſe habet in peccato: et auerſio a bono incōmutabili que eſt formalis ꝛ cōpletiua ratio peccati. ex parte autem conuerſionis non habet ſuperbia ꝙ ſit maximum peccatorum. quia celſitudo quam ſuperbus inordinate appetit ſecundū ſuam rationem non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis. ſed ex parte auerſionis ſuperbia habet maximam grauitatem. quia in alijs peccatis homo a deo auertitur vel propter ignorantiam vel propter infirmitatem ſiue propter deſiderium cuiuſcūqꝫ alterius boni: ſed ſuperbia habet auerſionem a deo ex hoc ipſo ꝙ non vult deo et eius regule ſubijci. vnde Boetius dicit ꝙ cum omnia vitia fugiant a deo: ſola ſuperbia ſe deo oppōit. propter quod etiaꝫ ſpecialiter dicitur. Jaco. 4°. ꝙ deus ſuperbis reſiſtit. et ideo auerti a deo et eius preceptis quod eſt quaſi conſequens in alijs peccatis: per ſe ad ſuperbiam pertinet cuius actus eſt dei contemptus. et quia id quod eſt per ſe potius eſt eo q̄d eſt per aliud: conſequēs eſt ꝙ ſuperbia ſit grauiſſimum peccatorum ſecundū ſuum genꝰ: quia excedit in auerſione que formaliter cōplet peccatum. ¶ Ex his inferimus primo ꝙ licet primū peccatum demonis fuerit irremediabile: non ex eo habuit ꝙ fuerit grauiſſimum peccatorum ſecundum ſe et ſimpliciter loquendo. quoniam irremediabilitas non eſt differentia ſpecifica peccati: ſed ex accidentali circunſtantia ſubſequuta et preſertim in angelo malo in cuius peccato: eē irremediabile eſt circunſtantia proueniens ex condicione perſone et ſtatus. eo ꝙ vt Sanctus Thomas deducit prima parte. q. 64ª. articulo 2°. angeli ſic conditi ſunt et in tali ſtatu conſtituti ꝙ cui ſemel volūtate adherent: imobiliter adherent. et ideo ante adheſionem ſeu electionem libere poſſunt adherere huic et eius oppoſito in his que ſcilicet non naturaliter volunt. ſed poſt ꝙ̄ ſemel adherent: imobiliter adherent. Sicut igitur boni angeli ſemel id eſt per vnicum actum adherentes iuſticie: ſemper illi adherent et in illa ſunt confirmati: ita et mali angeli ſemel peccātes: ſemper peccato adherent et in illo ſunt obſtinati ac per hoc eorum peccatuꝫ eſt irremediabile. et inde eſt ꝙ ad vnicum actum meriti vel demeriti ſtatim conſequutū eſt in angelis eternum premiuꝫ aut eterna dānatio. propter quod Damaſcenus dicit. quod eſt homini mors: ē angelo caſus id eſt peccatum. quia ſicut omnia peccata mortalia hominum ſiue ſint parua ſiue ſint magna: ante mortem ſunt remiſſibilia: poſt mortem vero irremiſſibilia ſunt ꝛ perpetuo manent ita et poſt caſum angeli: peccata eius ſunt irremiſſibilia et perpetuo manent. ¶ Secundo inferimus ꝙ primum peccatum angeli habuit ꝙ fuerit maximum et grauiſſimum peccatoruꝫ ex parte auerſionis que eſt formalis et completiua ratio peccati quantum ad genus ſuum: et ex condicione et ſtatu perſone. Primum patet. quia primum eius peccatum fuit ſuperbia. ſuperbia autē vt deductum fuit ſupra: ex parte auerſionis habet maximā grauitatem pre ceteris generibus peccatorum. veruntamen quātum ad ſpeciē peccati non fuit maximum peccatorum. eo ꝙ in genere ſuperbie maius et grauius peccatum eſt ſecundū ſui ſpecieꝫ ſuperbia qua quis deum negat vel blaſſemat ꝙ̄ ſuperbia qua quis inordinate dei equalitatem non abſolute nec q̄m ad reꝫ appetitam ſed quantū ad modum habendi appetit qualis ſuperbia fuit primū peccatum demonis. nō eni appetijt eq̄lē eſſe deo ī natura neqꝫ ſimplicit' deo nō ſubijci: ſꝫ in hoc ꝙ btitudinē etiā ſupnaturalē abſqꝫ grā ꝛ abſqꝫ gratuita dei largitiōe

conſequeretur: non tamē abſqꝫ deo agente ſicut
cōmuniter operatur in omni natura tanqꝫ pͥma
cauſa. ¶ Secūdū patet. nam vt Iſidorus dicit
in. 2° libro de ſummo bono: tanto maius cog-
noſcitur eſſe peccatum: quanto maior qui pec-
cat habet. et rō dicti eſt. tū qꝛ facilꝰ pſit reſiſtere
pctō maiores ꝗ excedūt ſcientia ꝛ vigore. vñ dñs
dicit in euangelio ꝙ ſeruus ſciens voluntatē do
mini ſui et non faciens plagis vapulabit multis.
tum etiam propter ingratitudinem. quia omne
bonum quo aliquis magnificatur: eſt dei benefi-
cium cui homo fit ingratus peccādo. propter qđ
ſcriptum eſt ſapiētie. 6°. potētes potēter tormē-
ta patient. angelus autem inter omnes dei crea
turas et dignior natura et intellectu perſpicati-
or et ſcientia ac ſapientia preſtans conditus eſt
ac per hoc peccando plus ceteris creaturis igra
tus inuenitur et eius peccatum maius et grauiꝰ
reputatur.

QUãtum ad ar-
ticulum q̄rtū reſpondenduꝫ eſt
ad argumēta aduerſariorū. Ad
primū Aureoli contra primam
concluſionem dicitur ꝙ vt San
ctus Thomas ait cōtra gen. libro. 3° capitulo.
110. illius incōſiderationis ratio potuit eſſe volū
tas luciferi in propꝰum bonum intenſe conuerſa.
eſt enim liberum voluntati in hoc vł in illud ma
gis vel minus cōuerti. vt enim Sanctꝰ Doctor
inquit in hac diſtinctione. q. prima articulo pͥmo
in corpe: intellectus angeli licet ligari non poſſit
paſſionibus que in eo nō ſunt: poteſt tamen liga
ri inqꝫm conſiderando vnum retrahitur a conſi-
deratione alterius. eo ꝙ eius intellectꝰ ſimul plu
rium nō eſt. et preſertim huiuſcemodi ligatio cō
tingit quando mens nimis intenſe fertur in ali-
quid intelligendum. et ipſa perfectio luciferi in
naturalibus fuit illi occaſio ꝙ nimis intenſe et di
lectione et contemplatione in ſeipſum et in pro
prium bonum cōuerteretur. quemadmodum vt
Apoſtolꝰ dicit ſcientia inflat. et ipſe virtutes nō-
nūqꝫ occaſio ſunt male vtentibus ſuperbiēdi. vn
de predicta incōſideratio non fuit a voluntate
demonis nolentis cōſiderare regulaꝫ a deo pre-
ſtitutam vel inditam ſicut arguens falſo putat:
ſed a voluntate ipſius nō volentis eā conſidera
re. ¶ Ad. 2m dicitur primo ꝙ procedit ex falſo
preſuppoſito. ſ. ꝙ Sanctꝰ Thomas dicat incōſi-
derationem fuiſſe primum peccatū angeli. nuſqꝫ
enim id ipſe docuit aut voluit prout in primo no
tabili deductuꝫ fuit: ſed ꝙ fuerit occaſio ſiue cau
ſa ſine qua non primi peccati vel magis proprie
antecedēter vel concōmitāter ſe habens. Dicit
ſecundo ꝙ nō ſufficit ad vitandum peccatum ꝙ
quis appetat bonum etiam ſub ratione boni: ſed
requiruntur plures alie circunſtātie quarū omiſ-
ſio reddit ipſum appetere malum et peccatū. nā
vt Dioniſius dicit: bonum contingit ex integra
cauſa id eſt ex cauſis ipſius cum omnibus circun-
ſtantijs concurrentibus: malum autem ex defe-
ctu vnius contingit. et ideo licet beatitudo ſit
ſm ſe appetibilis: non inde ſequitur ꝙ licitum ſit
ipſaꝫ appetere quocūqꝫ modo aut ſine dbitis cir-
cunſtantijs et preſertim ſine regula ac menſura
a deo prefixa. ¶ Et ad primam confirmationeꝫ
dicitur ꝙ licet naturalis inclinatio ſit ad appeten
dum beatitudinem ſub ratione cōmuni: non ta-
men ſub ratione ſpeciali ſm ꝙ eſt bonum ſuper-
naturale et conſiſtit in viſione dei. ſm quem mo
dum poteſt quis mereri beatitudinem appeten-
do. prout Sanctus Thomas docet de veritate
. q. 22a. articulo. 7°. quamuis per actus natura-
liter inditos nullus proprie merer. ¶ Ad. 2am.
confirmationem dicitur primo ꝙ ad vitandum
peccatum non ſolum requiritur ꝙ actus electio
nis non ſit indebite circunſtantionatus contra-
rie: ſed etiam ꝙ neqꝫ priuatiue. non enim circun
ſtantia oppoſita vitiat actum preciſe: ſed etiā de-
fectus circunſtantie debite. Dicitur ſecundo. ꝙ
in primo peccato demonis actus electionis non
ſolum fuit indebite circunſtantionatus priuati-
ue ſed etiam contrarie. quoniam ex inconſidera
tione gratie dei ſequutū eſt ꝙ diabolus appete-
ret beatitudinē ex meritis proprijs quod repug
nat gratie. nam vt Apoſtolus dicit: ſi ex operibꝰ
iam non ex gratia. et ideo primum peccatū de-
monis fuit ſuperbia volens ex vi nature aut ex
meritis proprijs beatitudinē adipiſci. ¶ Ad. 3m
dicitur primo. ꝙ ſicut alias dictum eſt: articuli pa
riſienſes non nos ligant. non enim ſunt determi
nationes vniuerſalis eccleſie. preſertim quia vt
multi doctores et magni dicunt: illi articuli indi
gent in multis correctiōe. eo ꝙ nōnulli facti ſint
inſtigatione quorūdam capitoſorum non cōuo
catis omnibus doctoribus et magiſtris prout di
cit Godofredus de fontibus. veruntamen arti-
culus ſicut iacet poteſt habere verum intellectū
ꝙ ſcilicet intellectu exiſtēte in apice rationis qꝫm
ad vniuerſales regulas de operabili in vniuerſa
li vel qꝫm ad conſiderationem particularis ope-
rabilis in habitu. poteſt voluntas in oppoſitum.
ſed cū hoc ſtat ꝙ oē pctm̄ i voluntate p̄cedat ali-
qs effectꝰ i rōne ſaltē dfectꝰ actuał ꝯſiderationis

de operabili in particulari. ¶Ad. 4.[m] negatur
prima ꝯña. et ad eius probationem dicitur ꝙ an
gelus non tenebatur ante electionem conſide-
rare de grã: ſed tenebatur non eligere ſuã beati-
tudinem ſine conſideratione grẽ dei. et quia ſine
huiuſmodi conſideratione elegit: peccauit. et de
hoc latius dictum fuit in primo notabili. Quod
autem arguens dicit ꝙ ſi illa inconſideratio pec
catum non fuit ante electionem: ergo neqꝫ ele-
ctio que ex ea ſequuta fuit: falſum eſt. nam ha-
bere ſcientiam aut virtutes peccatũ non eſt: ex
quibus tamen oriri poteſt inflatio et ſuperbia.
exemplũ autẽ de ebrietate non eſt ad ꝓpoſitum.
tuꝫ quia ebrietas eſt ſꝫ ſe peccatũ et non ſolũ qꝛ
eſt cauſa peccati. tum etiã quia eſt cauſa directe
et per ſe peccati quod ex ea oritur. hec autẽ duo
deficiũt in propoſito noſtro. quia neqꝫ inconſide
ratio angeli de grã dei fuit de ſe peccatũ ante ꝑ-
uerſam demonis electionem: neqꝫ fuit huiꝰ ele-
ctionis cauſa directe et ꝑ ſe vt dictum eſt ſupra.
¶Ad argumẽta Scoti contra ſecũdam ꝯcluſio-
nem ad primũ dicit̃ ꝙ ſi actus volũtatis ſit vel-
le perfectũ. i. tendẽs ad conſecutionẽ voliti: obꝫ
eius eſt ens et bonũ poſſibile adipiſci nõ qđ ẽ im
poſſibile obtineri. creaturã autẽ eſſe equalẽ deo
ſimpliciter et abſolute nõ fuit bonũ poſſibile ab
ea adipiſci. et ita non potuit cadere ſub electio-
ne angeli. vnde argumẽtũ procedit ex falſo pre-
ſuppoſito ꝙ. ſ. velle cõpletuꝫ creature aut electio
habeat pro obiecto omne ens et bonum ſiue ſit
poſſibile obtineri ſiue non. ¶Ad. 2.[m] reſpondet
Sanctus Thomas in. q. de malo. q. vel materia
16ª. articulo. 3º ad. 9.[m] ꝙ volũtas que dicit̃ ipoſ
ſibilium non eſt perfecta voluntas tendẽs in ali
quod cõſequẽdum quia nullus tendit in aliquid
impoſſibile: ſed eſt quedã volũtas que dicit̃ vel-
leitas quia. ſ. aliquis vellet id quod extimat ipoſ
ſibile: ſed ſub hac ꝯditione ſi poſſibile ſit. talis ãt
non eſt volũtas auerſionis et ꝯuerſionis in qua
peccatũ et meritũ conſiſtit. ¶Ad ꝓbationem ex
auctoritate Damaſceni dicitur primo. ꝙ ſicut eſt
quoddã velle imperfectuꝫ qđ dicitur velleitas ſe
extendens ad impoſſibilia vt dictũ eſt: ita eſt et
quoddam nolle et odiũ imꝑfectũ implicãs dictã
velleitatem quod ſe extendit conſimiliter ad im
poſſibilia: et de tali odio intelligitur dictum pro
phete. vnde nõ eſt ad ꝓpoſitũ. ¶Dicit̃ ſecundo
ꝙ vt Sãctꝰ Thomas deducit. 2ª. 2ᵉ. q. 34ª. ar
ticulo ꝑmo deꝰ nõ poteſt odio haberi ſm ſe ⁊ ab
ſolute. nã non põt odio haberi inqꝫ[m] eſt actor et
cõſeruator rerum in eſſe. neqꝫ inqꝫ[m] deꝰ eſt et ſũ-
mũ bonũ. ſm quid tamẽ. ſ. inqꝫ[m] eſt quorundam
effectuũ actor qui volũtati deprauate repugnãt
vt. ſ. eſt inflictor penarũ et prohibitor viciorum
ac preceptoꝝ iſtitutor: poteſt a peccatoribꝰ odio
haberi. verũtamen et iſti qui qꝫ[m] ad iſtos effectꝰ
deum odio habẽt: neceſſario et naturaliter ipm
diligunt vt cõſiderant deuꝫ eſſe eorum actorem
et cõſeruatorem et beneficiorum datorem. nam
vt Dioniſius dicit. 4º. caplo de diui. no. in eo ꝙ
appetunt eſſe et viuere: deũ ipm appetũt et amãt
horum effectuum largitorem. Et per hec patet
reſpõſio ad confirmationem. aſſumit enĩ falſum
quia quod non potuit apprehendi vt poſſibile:
nõ potuit appeti ſibi vel alteri. neqꝫ ante ꝑmũ pec
catum potuit eſſe falſa exiſtimatio in ãgelo qua
reputaret vt poſſibile quod ſm ſe eſt impoſſibi-
le. ¶Ad. 3.[m] dicitur ad minorem ꝙ non ſufficit
ad hoc ꝙ voluntas aliquid velit volitione per-
fecta tendente ſcilicet ad id conſequendum ꝙ
qualitercũqꝫ repreſentetur ab intellectu: ſed re-
quiritur ꝙ repreſentetur vt poſſibile conſequen
dum quod non eſt in propoſito. nam nõ poteſt
repreſentari per intellectum ſicut neqꝫ concipi
ꝙ ſit poſſibile duo cõtradictoria eſſe ſimul vera.
vnde patet reſponſio ad primam confirmatio-
nem. ¶Ad. 2.[am] confirmationem dicitur ꝙ aſ-
ſumit falſum. nam multo minus intellectus ſe-
quens determinationem voluntatis in forman-
do propoſitiones imperatiuas poteſt compo-
nere vel formare ſimul contradictoria qꝫ intelle
ctus formans propoſitiones indicatiuas. eo ꝙ
propoſitiones imperatiue ſint magis determina
te et magis de proximo ſe habeant ad executio
nem operis cui directe repugnat ſimultas cõtra
dictionis: qꝫ propoſitiões indicatiue: ſicut et im-
perare magis qꝫ ſimpliciter denunciare vel oſtẽ-
dere aut repreſentare. vnde propoſitiones im-
peratiue implicant in ſe indicatiuas et non econ
tra. Ut enim Sanctꝰ Thomas docet ꝑma. 2ᵉ.
q. 17ª. articulo ꝑmo. imperare eſt actus rationis
implicans denunciationem vel intimationẽ ali-
cuius fiendi et addit ordinationem actualeꝫ ad
opus. imperans enim ordinat eum cui imperat
ad aliquid agendum intimando vel denuncian
do: et talis ordinatio cum intimatione exprimi-
tur per verbum imperatiui modi vt cuꝫ alicui di
citur fac hoc. propoſitiones autem indicatiue nõ
important motionem vel ordinationem actua-
lem ad opus: ſed oſtendunt et denunciant preci
ſe aliquid eſſe veruꝫ aut eſſe fiendum. et deinde
ſequitur acceptatio et electio voluntatis. et de-
mũ ſeqt̃ ipiũ rõnis q̃ ipatꝰ mouet̃ et ordinat̃ ad
exequẽdũ. ¶Ad. 4.[m] dr̃ ꝙ ſi in miore ꝓpoſitiõe

arguens vocet voluntatem non deliberatiuam
imperfectam voluntatem que.ſ.ad aliquid con=
ſequendum non tendit que conſueuit appellari
velleitas ideſt velle condicionatum et volunta
tem deliberatiuam volūtatem ꝑfectam tendētē
ad cōſequendum:maior ꝓpoſitio eſt falſa. ſi aūt
voluntatem non deliberatiuam vocet volunta=
tem perfectam ad conſequēdum volitum tendē
tem non tamen cum conſilio aut deliberatione:
minor propoſitio eſt falſa et cōtra philoſophum
3$^{o}$ ethicorum. nā quātumcunq; voluntas ſit in=
diſcreta:nullo modo poteſt appetere ſeu velle cō
ſequi qd̓ ſibi proponitur vt impoſſibile conſequē
dum q̄le eſt contradictoria eē ſimul vera. ¶Ad
5$^{m}$ dicitur ꝙ Sanct⁹ Thomas non ponit ange
lum potuiſſe equalitatem dei appetere a ſe ſim=
pliciter et abſolute ita ꝙ nullo modo a deo nec
ſub deo imo hoc reputat vt impoſſibile cadere
in apprehenſione angeli vt expreſſe dicit in hac
diſtinctione.q. ꝑma articulo.2$^{o}$.in corpore. Et
prima parte.q.63.articulo.3$^{o}$ in corpore. Et in
.q.de malo.q.16.articulo.3$^{o}$.in corpe. Sʒ quod
Sanct⁹ Thomas tenet in propoſito eſt:ꝙ ange
lus appetijt gloriam ſeu beatitudinem superna=
turalem habere ſub deo et a deo datore tanq̄ ꝑ
ma cauſa ſicut cōmuniter omnia et in omni na=
tura operatur: non tamen ex grā vel miſericor=
dia ſed ex proprijs meritis vel nature excellen=
tis vel per opera naturalia acquiſitis abſq; habi
tuali grā:et hoc non implicat contradictionem
quemadmodum appetere equalitatem dei abſo
lutā vel eſſe deum vñ añs eſt falſum.et ad eius ꝓ
bationem negatur minor aſſumpta in ſenſu pre
miſſo.nam potuit deus de potentia abſoluta an
gelo vel alteri creature finite nature et potētie
conferre ꝙ per ſua naturalia abſq; habituali et
ſupernaturali grā per ſolum auxilium eius gene
rale poſſet attingere ad videndam eius eſſentiā
non enim hoc implicat contradictionem. ¶Ad
argumenta Scoti contra tertiam concluſionem
patet reſpōſio per ea que dicta ſunt in tertio no
tabili. ¶Ad.2$^{m}$ dicitur primo ꝙ argumentum
ſupponit ꝙ in angelis iraſcibilis et concupiſcibi=
lis ſint diſtincte potentie habentes actus ſub=
ordinatos.hoc autem falſum eſt.nam vbi ſolus
appetitus eſt voluntas: non eſt iraſcibilis poten
tia diſtincta a concupiſcibili prout.Sanct⁹ Tho
mas deducit ꝑma parte.q.82. articulo. 5$^{o}$. Di=
citur ſecundo et magis ad rem ꝙ illo modo quo
iraſcibilis et concupiſcibilis largo modo ponun=
tur in angelis:concedimus totum proceſſum ar
gumenti et ꝙ actus concupiſcibilis vt amor ſui
ſaltem ordine nature preceſſit in angelo actum
iraſcibilis.ſ.appetere plus vel altiori modo q̄ ſi=
bi debitum eſt:et tamen non inde ſequitur ꝙ ꝑ=
mum eius peccatum fuerit in concupiſcibili. non
enim ſi actus precedit actum : et peccatum pre=
cedit peccatum.concedim⁹ nāq; ꝙ in angelo in=
tenſus amor ſui preceſſit eius peccatum ſuper=
bie quo appetijt equalitatem dei:non tamen ip=
ſe amor intenſus fuit peccatum ſicut neq; incon
ſideratio vt ſepe dictum eſt ſupra. ¶Ad.3$^{m}$ dici
tur primo ad minorem ꝙ excellentia alicui⁹ nō
ſolum poteſt appeti reſpectu aliorum ſed etiam
reſpectu ſui inq̄$^{m}$ eius appetitus tendit in ꝓpriā
excellentiam vltra modum ſibi conuenientem.
vnde ⁊ tertia ſpecies ſuperbie ponitur cū aliq̄s
iactat ſe habere quod non habet . Dicitur ſecun
do ꝙ primum peccatum angeli fuit appetitus ex
cellentie proprie etiam reſpectu alterius.ſ. dei
inq̄$^{m}$ appetijt excellere diuine inſtitutionis men
ſuram quod pertinet ad ſecundam vel tertiam
ſpeciem ſuperbie prout apparet ex his que San
ct⁹ Thomas d̓ducit.2$^{a}$.2$^{e}$.q.162. articulo.4$^{o}$
¶Ad.4$^{m}$ reſpondet Sanct⁹ Thomas prima
parte.q.63.articulo.8$^{o}$. ad.2$^{m}$ ꝙ ſuperbus ce=
teris paribus magis vult ſubeſſe ſuperiori q̄ in=
feriori:ſed ſi aliquam excellentiam conſequatur
ſub inferiori quam ſub ſuperiori conſequi nō poſ
ſit : magis eligit inferiori ſubeſſe q̄ ſuperiori . ſic
igitur non fuit contra ſuperbiā demonuʒ ꝙ ſub=
eſſe inferiori voluerunt in eius principatum con
ſentientes:ad hoc eum principem et ducem ha=
bere volētes:vt v̓tute nāli ſuam vltimam beati
tudinem conſequerentur. preſertim quia ſupre=
mo angelo nature ordine etiam tūc ſubiecti erāt
¶Ad . 5$^{m}$ dicitur ꝙ primus actus inordinatus
voluntatis demonis fuit velle amicicie reſpectu
ſui non pure et ſimplicier ſed ſimul implicās vel=
le concupiſcentie quo ſibi appetijt equalitatem
dei.vnus enim act⁹ ſm̄ ſubſtantiam poteſt eſſe
amor amicicie et amor concupiſcentie. quemad
modum eſt vnus et idem motus ſm̄ ſubſtantiā
intendere finem et ea que ſunt ad fineʒ propter
finem et velle finem et amare id quod eſt ad fi=
nem propter finem.primum nāq; peccatum an=
geli fuit non ſeipſuʒ intenſe amare ſimpliciter et
abſolute ſed appetendo ſibi equalitatem dei. vn
de vnus et idem actus voluntatis ſm̄ ſubſtātiā
fuit amor amicicie et amor concupiſcentie ſʒ di=
uerſas rationes ad diuerſa obiecta . qui licet nō
fuerit preſumptuoſus ſm̄ rationem amoris ami
cicie ſecūdū ſe et abſolute loquendo: fuit tamen
preſumptuoſus et ſuperbus ex ratione amoris

cōcupiſcentie ſimul cum amore amicicie. pertinet enim directe ad ſuperbiā ꝙ quis amet ſe ad maius bonum ſeu appetendo ſibi maius bonum ꝙ̄ eius dignitas aut condicio poſtulat. vnde in proceſſu arguentis ꝯña eſt falſa. et ad eius ꝓbationem dicitur ꝙ ſi aſſumptū habet veritatem: eſt quādo inordinatus amor eſt pure et ſimpliciter amicicie non implicās amorē cōcupiſcentie. Et per hec pʒ reſponſio ad. 6m. et ad. 7m in quo arguens deceptus eſt putans ꝙ quia primū peccatum angeli fuit in appetēdo ſibi beatitudinem: ꝙ fuerit appetitꝰ immoderate delectationis ac per hoc ꝙ reduci deberet ad luxuriam. que imaginatio nō tam falſa eſt ꝙ̄ deridenda. nam cum beatitudo ſupnaturalis ſit bonū ſūme delectabile: non ꝯtingit circa eam imoderata delectatio. ſummū eni excedi nō poteſt: poteſt tamē cōtingere ꝙ ſumma delectatio et ſūmum delectabile imoderate appetatᷣ. vnde nos dicimꝰ ꝙ primum peccatum angeli fuit appetitus inordinatus non imoderate delectationis ſed imoderate tēdens in ſūmam delectationē. ita ꝙ inordinatio et immoderatio fuerit i modo appetēdi: nō in re appetita. nō enim appetijt rē non appetēdā. neqꝫ magis eam appetijt ꝙ̄ appetēda eſt cuꝫ beatitudo ſit bonū ſūme appetēdum. ſed inordinatio et imoderatio fuit in appetēdo rē ſūme appetēdam non eo modo et ſm regulā a deo preſtitutā ſ modo excedēte vires ſuas et mēſurā diuinā ex ꝙ pꝫ ꝙ pmuꝫ peccatū angeli fuit excellētia cōcupita et ꝯſequēs ꝙ fuerit directe peccatū ſuperbie. ¶ Ad argumēta cōtra quartā ꝯcluſionē. Ad pmum negatᷣ ꝯña. et ad eiꝰ ꝓbationē dicitur ꝙ non hēt locum in ꝓpoſito. ꝓcedit enim de inſtātibus tēporis cōtinui inter ꝙ eſt tēpus mediū. opationes āt intellectiue et volitiue angelorꝫ nō menſurātur tempore cōtinuo nec eius inſtātibꝰ ſ tēpore diſcreto qđ cōponitᷣ ex inſtātibꝰ imediate et conſequēter ſe habentibus. ¶ Ad. 2m ex auctoritate Origenis reſpondet. S. Tho. pma parte. q. 63 articulo. 6°. ad. 2m. ꝙ origenes dicit ꝙ ſerpens antiquus nō a principio nec ſtatim poſt ſup pectus ambulauit: ꝓpter pmum inſtās in quo malus nō fuit. et iſte eſt intellectꝰ magiſtri vbi eum allegat arguens. vnde illa verba dñi. homicida erat ab initio: ſic exponitᷣ. i. ſtatim poſt initium quod eſt in ſecūdo inſtāti. ¶ Ad. 3m dicitur falſū eſſe ꝙ. S. Tho. dicat incōpoſſibilia aut ſibi repugnantia. neqꝫ valet eius ꝓbatio. cōceditur enim ꝙ angelus malus in pmo inſtāti habuit actum liberi arbitrij meritoriū. Quo modo autē per illū beatus nō fuerit: dictū eſt latius diſtinctione precedēte in pmo notabili. ¶ Ad. 4m dicitur ꝙ reſponſio ibi poſita eſt bona. et ad eiꝰ improbationem dicimꝰ ꝙ cū angelus fuit primo creatꝰ et cū primo peccauit: celum fuit in alio et in alio loco ſuppoſito ꝙ celum ſimul cum angelis fuerit creatum et ſtatim moueri ceperit. et cum arguens infert: igitur tempus medium lapſum fuit: concedimus. ſed illud tempus non menſurabat operationes angelorum. neqꝫ fuit mediuꝫ inter inſtās creationis et inſtans lapſus angelorum que fuerunt in angelis conſequenter ſe habentia. tēpus autem mediū quo celum fuit in alio et alio loco dum angelus primo creatus eſt et dū primo peccauit: non arguit tempus medium inter creationem et lapſum angelorum. quoniā vt. S. Tho. docet opuſculo. 36°. de inſtantibꝰ capitulo. 4°. tempus quo menſurantur plures operationes angelorum et tempus noſtrum quod illud concōmitatur: in nullo proportionantur. naꝫ poteſt vna particula indiuiſibilis illius temporis: toti tempori noſtro cōmanere et vltra ſm moram quam faceret angelus ſuper idem intelligibile. ideo per naturam illius temporis non poteſt inferri ꝙ intelligere angeli menſuretur tēpore noſtro: neqꝫ etiam tempus noſtrū cōmetiatur vnicam eius intellectionem niſi ex ſuppoſitione. vt ſi ponatur vna particula illius temporis in quo intelligit vnum intelligibile: coexiſtere alicui particulari tempori apud nos. tunc enim ex ypotheſi: ſequeretur tempus noſtrum cōmetiri ipſi intelligere angeli non tanꝙ̄ propria menſura eius ſ tanꝙ̄ quid eam concōmitās. hec ille. Simile ponit primo libro ſententiarū diſtinctione. 37a. q. 4a. articulo. 3°. ad. 7m. vbi reſpondet ad cōſimile argumentum. Ex quibus patet ꝙ non ſolum duo inſtantia creationis. ſ. et lapſus angeli ſine tempore medio potuerunt cōmanere tempori quo celum motum fuit in alio et alio loco: imo vnum ſolum inſtans temporis angelorum poteſt cōmanere multo tempori noſtro. ¶ Ad. 5m negatur ꝯña. quoniam in caſu dato plures alie operationes medie fuiſſent inter creationeꝫ angeli et noticiam quam nunc de nouo habuiſſet. veruntamen ſi ſtatim poſt primuꝫ inſtans creationis angelus habuiſſet aliquam noticiam que vſqꝫ ad iſtud nunc duraret: nullum inconueniēs eſſet dicere ꝙ illa noticia eſſet imediate poſt eiꝰ creationem et ꝙ nulla mora vel tempus fuerit inter eius creationem et noticiam illam. ſed huiuſcemodi noticia nō diceretᷣ noua. ¶ Ad. 6m dr ꝙ vtraqꝫ ꝓpoſitio quā. S. T. aſſignat: ē vera et ſufficiēt ab eo ꝓbata et minꝰ ſufficienſ ab arguēte

impugnata. nā nec rōnem efficacē nec auctoritatem in cōtrarium arguens adducit: ſed a ſeipſo loquitur et de ſeipſo teſtimoniū pibet et teſtimoniū eius verum non eſt. Neqꝫ Sanctus Tho. in 2° opere vbi intentionem ſuaꝫ vltimate expreſſit: tenet ꝙ angelus beatitudineꝫ ſupernaturalē ſimul cū merito acquirit vt arguens ſōniat. neqꝫ alicubi dicit ꝙ grā pficiēs naturā facit ſm ſe et originalit ꝙ premiū ſupnaturale cōſeq̄tur naturaliter q̊libet meritū vt arguēs fingit: ſed illud facit naturalis ꝓprietas et ꝯdicio nature angelice cū qua a deo ꝯdita eſt ꝙ. ſ. pfectionē ſuā nō p diſcurſum acq̄rat ſꝫ ſubito et ſtatim ac per vnicum actū illam habeat. et quia grā pficit naturaꝫ ſm modū nature ſicut et oīs pfectio recipit in pfectibili: ideo nō ſolū pfectionē naturalem ſꝫ et ſupernaturalē ac gratuitam ſine diſcurſu cōſequit. itaqꝫ prima radix et origo eſt naturalis condicio et proprietas angelice nature prout. S. Tho. ꝺ ducit prima parte. q. 62. articulo. 5°. ¶ Ad argumentum ante oppoſitū reſpondet. S. Tho. in hac diſtinctione. q. prima articulo. 2°. ad. 2$^{m}$ ꝙ ratio illa procedit de equalitate ſimpliciter quā non dicimus angelū appetijſſe. et in hoc articulꝰ terminatur.

## ¶ Diſtinctio ſexta.

CIrca ſextam diſtinctionem ſecūdi ſententiaruꝫ queritur vtrū angelus poſſit moueri localiter. Et arguitur ꝙ non. quia vt probat Ariſtotiles. 6°. phiſicorum nullum impartibile mouet. quia dū aliquid eſt in termino a quo non mouetur: nec dū eſt in termino ad quē ſed tūc mutatū eſt. vnde relinquit ꝙ omne quod mouet dum mouetur partim eſt in termino a quo et partim in termino ad quem. ſed angelus eſt impartibilis. igitur non poteſt moueri localiter. ¶ In oppoſitum arguitur ſic. Eiuſdem rationis eſt angelum beatū moueri et animam beatam moueri ſi neceſſe eſt dicere animā beatam moueri localit cum ſit articulus fidei ꝙ Chriſtus ſm animā deſcendit ad inferos. igitur angelus beatus mouetur vel poteſt moueri localiter. ¶ In hac q̄ſtiōe erunt quattuor articuli vt ſupra.

QUantū ad primum articulū ſit prima concluſio ꝙ angelus poteſt localr̄ moueri. Hanc ꝯcluſionē ꝓbat. S. T. libro pmo ſen. di. 37. q. 4a. arti. pmo. Et pma pte. q. 53. arti. pmo. ¶ Secūda ꝯcluſio eſt ꝙ angelꝰ eo modo q̊ mouet localiter pōt moueri de extremo ad extremū p mediū et nō per mediū ſi vult. Hāc ꝯcluſionem probat S. Tho. vbi ſupra ar. 2°. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ impoſſibile eſt angelū moueri localiter in iſtāti. Hanc ꝯcluſionē ꝓbat. S. T. vbi ſupra arti. 3°.

QUātum ad articulū ſecūdū arguitur ꝯ̄ ꝯcluſiones. et q̇dē ꝯ̄ pmā arguūt q̇dā ꝓbātes ꝙ impoſſibile ſit angeluꝫ quacūqꝫ virtute moueri localiter niſi ſolū p potētiam diuinā. Primo ſic. ſi hoc eſſet poſſibile: ſeq̄ret magnitudinē motū ⁊ tempus cōponi ex indiuiſibilibꝰ ꝯ̄ demonſtrata. 6°. phy. probat ꝯña. quia ſi idiuiſibile moueret p ſe: menſuraret totum ſpatiū ſuper quod mouetur ⁊ indiuiſibilia in illo eſſent imediata ſicut patet. ⁊ conſequenter magnitudo conſtaret ex indiuiſibilibus. et quia eiuſdem rationis ſunt motus ⁊ tempus quo ad diuiſionem cum magnitudine ex eo ꝙ eiſdem dimenſionibus diuidatur vt ibidem patet: ſequitur etiam ꝙ motus et tempus ex indiuiſibilibus componantur ¶ 2°. Si ſic: tūc angelus in ſuo motu nullam haberet reſiſtentiā et per ꝯñs nō eēt i illo motu aliq̄ ſucceſſio cū oīs ſucceſſio i motu ſit ꝓpt reſiſtētiā vt pꝫ. 4° phy. ca° de vacuo. et p cōmētatorem ibidē comē. 3°. ¶ 3°. Qꝛ tūc angelꝰ pfectioꝛ ⁊ maioris ꝩtutꝭ nō poſſꝫ ſe mouere velotiꝰ q̄ꝫ āgelꝰ minoris ꝩtutis. ꝯñs eſt falſū. ꝓbat ꝯña. qꝛ ſm hāc poſitionē: quilibet āgelꝰ poſſꝫ ſe mouere p quātācūqꝫ diſtātiā in quātocūqꝫ tpe. eo ꝙ nō eēt ſibi difficiliꝰ mouere ſe p magnā q̄ꝫ p paruā cū nullā hēat reſiſtētiā. et ita nō poſſꝫ ſe mouere velociꝰ vnꝰ q̄ꝫ aliꝰ. falſitas ꝯñtis ꝓbat. qꝛ ponat ꝙ duo āgeli vnꝰ fortioꝛ et aliꝰ ꝺbilioꝛ moueāt ſe q̄ꝫ citiꝰ poſſūt. ſi mouēt eq̄ velocit: ḡ ꝩtꝰ maioꝛ ⁊ mioꝛ agūt actiōes eq̄les i eq̄li tpe qn̄ agūt ſꝫ vltimū ſue potētie qꝺ nō ē itelligibile. et cū hoc ē ꝯ̄ phꝫ ⁊ cōmētatorē vbi ſup̄ et 7° phy. et multis alijs locis. ¶ 4°. Qꝛ ſeq̄ret ꝙ aliq̄ ꝩtꝰ mioꝛ ꝩtute āgeli poſſꝫ cū aliq̄ reſiſtētia velotiꝰ moueri q̄ꝫ āgelꝰ ſine reſiſtentia qꝺ eſt abſurdū ⁊ ipoſſibile. ꝓbat ꝯña. nā ſumat vnꝰ āgelꝰ q̄ moueat ꝺ t̄rra vſqꝫ ad ꝯcauū lune q̄ꝫ velotiꝰ pt

⁊ ponatur ꝙ in tēpoꝛe.a. cōſtat ꝙ aliqͣs ignis po
teſt per idē mediū vſqꝫ ad eundē locū moueri in
aliquo tēpoꝛe. ⁊ ſit illud.b. tūc aliqͣ eſt ꝓpoꝛtio
tēpoꝛis.a.ad tēpus.b.ſit gr̄a exēpli decupla. tunc
ſic. ignis decuplus ad ꝑorem pōt moueri in hoc
medio tpe decuplo minoꝛi ꝙ̄ ſit.b. igiꝝ in tpe eq̄-
li.a. ignis cētuplꝰ poteſt moueri in tpe minoꝛi ꝙ̄
.a. ⁊ cōſtat ꝙ ignis in ſuo motu habet reſiſtētiā
ex medio in quo mouetur: angelus aūt nullam.
¶ 5°. Qꝛ tūc eadē ratione aīa humana quando
vellet eſſe alicubi: pꝛimo moueretur ſicut angelꝰ
et ita eſſet pˢmū motū ex ſe in homīe cōtra deter
minationē ph̄i et cōmentatoꝛis. 4° phy. in mul-
tis cōmentis. vbi volūt ꝙ pꝛimū motū ex ſe ſit
cōpoſitū ex duabꝰ partibꝰ quarū vna mouet a-
liam. ¶ 6° arguūt alij ꝙ angelus nō moueat ſe-
ipſum. qꝛ ph̄s. 7° phy. ꝓbat ex intētione ꝙ oīe
qͦ mouet: ab alio ⁊ nō a ſeipſo mouetur. qͦ vti-
qꝫ eſſet falſum ſm te. et eo negato: non remane-
ret via ad ꝓbādum pˢmum motoꝛē eſſe omnino
imobilē. ¶ 7°. Qꝛ potentia actiua quīto et no-
no methaᶜ. diffiniꝝ ꝑ eē pncipiū trāſmutādi aliō.
nichil igitur trāſmutat ſeipm̄. ¶ 8°. Qꝛ ſi idem
moueret ſeipſum pˢmo ⁊ idē ſꝫ idē eſſet ſimul ſub
oppoſitis diſpoſitionibꝰ. ꝯſequēs eſt impoſſibile.
ſed ꝓbatur ꝯn̄a. quia ſemꝑ mouens eſt in oppoſi-
ta diſpoſitione ad motū et ecōtra. nam mouens
aſſimulat ſibi motum et trahit illud ad diſpoſitio
nem ſimilē ſibi. igitur motū eſt ſibi diſſimile dūm
moueꝝ. ⁊ ideo in pͦ de generatione dicꝝ ꝙ agēs
et paſſum ſunt diſſimilia in pꝛīcipio et ſimilia ī fi-
ne. ¶ Itē cōtra quoddā incluſum in probatiōe
ꝯcluſionis ꝙ. ſ. illud qͦ ꝓpe moueꝝ localiꝝ ac-
quirat vbi qͦ eſt qͦd diſtinctū ab ipſo loco argu-
it Gregoꝛius multipliciter. Pꝛimo ſic. ſi coꝛpus
motum localiter inqͦᵐ ſic moueꝝ: acquirit nouū
vbi intelligendo per vbi aliquā rem ſibi foꝛmali
bi.aſſumptū patet.quia poſito ꝙ deus daret dia
bolo optionem an vellet eſſe ſicut nunc ē et ſem
per miſer vel ſimpliciter nō eſſe:quē caſū tractat
Auguſtinꝰ.3°.de libero arbitrio: tunc ipſe ſm re
ctam rationem deberet et eligere ſemp ſic miſer eē
ſeu ſic eſſe eligere deberet.igitur hoc eligere poſ=
ſet.¶12°. Viator poteſt velle non eē.et per ꝯñs
poteſt ſibi nolle beatitudinē.igitur eadē ratione
vidēs deum clare:pōt non velle deum vel nolle
ipſum.primū aſſumptū patet de achitofel.2° re
gum.et de Saul pmo regū.et de iuda et de alijs
qui ſe occiderūt.et pma ꝯña patet p Auguſtinuz
11° de ciuitate dei capitulo. 27.porro inquit taz
nemo eſt qui nō eē beatus velit.quomodo enim
pōt beatus eſſe ſi nichil ſit.ꝛ vltima ꝯña patet.qꝛ
nō manifeſta neceſſitate videns deū vult deum
clare viſuz: aut eum diligit quē velit ſibi bene eē
¶13°. Poſſibile eſſet ꝙ aliquis dānandus clare
videret deum.et tali ſic videnti deū: deꝰ reuela=
ret aliquā paruā penam ſibi futurā.et hoc poſito
talis eo ipō haberet dolorē aliquē.et p cōſequēs
ſuuz gaudiū precedēs ſi gaudebat neceſſario ali
qualiter minoraretur.quia aliter cuz illo gaudio
poſſz ſtare maxima pena qđ eſt impoſſibile. et ſi
propter tam paruum dolorem minoraretur ſuū
gaudium in aliquo:tūc propter maiorez dolorē
plus minoraretur.et ſic poſſet deus facere ꝙ ille
haberet tātū dolorē etiaz ſtante clara dei viſiōe:
ꝙ ille naturaliter excluderet omne gaudium cō
ſequēs illam viſionē.et tamē frui nō eſt ſine gau=
dio.et ſi excluderet fruitionē poſſet excludere di
lectionē dei vt videtur.¶14°. Si voluntas ne=
ceſſario diligit deum clare viſum. ergo clara vi=
ſio faceret voluntatem deſinere eſſe voluntatē.
ꝯñs eſt falſum.et tenet conſequētia per Auguſti
num.3° de libero arbitrio capitulo.2° vbi dicit.
ſi neceſſe eſt vt velim:non iam voluntate ſed ne
ceſſitate illud me velle fatēdum eſt. et ſicut non
voluntate ſeneſcimus ſed neceſſitate. ſed ꝙ nō
voluntate velimus quis vel delirus audeat dice
re. Item eodem capitulo dicit ꝙ nichil tam eſt
in poteſtate voluntatis ꝙ̃ ipſa voluntas. eo eni
prorſus nullo interuallo mox vt volumus p̄ſto
eſt.et poſt ſi fieri poteſt vt dū volumus nō veli=
mus:adeſt vtiꝗ voluntas volentibꝰ. nec aliud
quicquā eſt in poteſtate niſi qđ volenti adeſt.vo
luntas igitur noſtra nec voluntas eſſet niſi eſſet
in poteſtate noſtra. porro quia eſt in poteſtate
noſtra: libera eſt nobis.non enim ē nobis liberū
quod in poteſtate nō habemus: aut poteſt non
eſſe liberum quod habemus in poteſtate.prima
igitur ꝯña patet.igitur p nullam cognitionez ne
ceſſitatur voluntas ad diligēdum. ¶15°. Tunc
clare videns deum nō poſſet nō frui deo. ꝯñs eſt
falſum.quia quilibet beatus circa deum poſſz ſu=
am beatitudinē amittere.nam quilibet poteſt a=
liquem actum ſuum reſpectu alterius rei remit=
tere vel non habere.igitur poteſt nō habere bea
titudinem fruitiuam.hanc ꝯñam ꝓbo.quia ſi po
teſt aliquem actum libere dimittere vel remitte
re:tunc poteſt peccare habito precepto ꝙ nō re
mittat vel tollat ipſuz.et p ꝯñs poterit dānari et
nō frui.aſſumptū ꝓbatur de facto. quia angelus
raphael qui aſſumpto corpore fuit ductor tho=
bie minoris habuit volūtatem ambulandi: et a=
liquando intēſiorē aliquando remiſſiorem:aliqñ
voluit aliquando noluit. nam dum habuit volū
tatem ambulandi principaliter ambulauit: ꝛ nō
ſemper ambulauit nec ſemper eque velocit̄ am=
bulauit:ſicut nec thobias. igitur et ꝙ iuſte poſ=
ſit dari tale preceptum patet. quia beatus poteſt
facillime hoc implere. ¶16°. Qꝛ poſſibile eſt ꝙ
videnti deum clare: reuelaretur in verbo vel a=
lias ꝙ deus ſic videntis eſſet futurus perpetuus
afflictor.vel ꝙ nollet cōtinuare actum illius vi=
ſionis vel nollet ſibi dare aliquid aliud optatuz
puta eius fruitionem et ſimilia. ergo in tali caſu
videns deum clare:odiret deum licet de per ac=
cidens et non per ſe. ¶17°. Quia omnis poten
tia libere agens et contingenter poteſt de potē=
tia ſua abſoluta ceſſare ab actu ſuo quem ſic acti
ue elicit mediate vel imediate. ſed voluntas reſ
pectu cuiuſcunꝗ obiecti libere agit et contigen=
ter.ergo ſimpliciter de potentia ſua abſoluta po
teſt ceſſare ab actu ſuo.et ita videns deuz poteſt
ceſſare ab actu dilectionis et fruitionis. quia illū

actum actiue elicit. maior eſt manifeſta. minor
patet. quia voluntas non poteſt neceſſitari reſ=
pectu cuiuſcunq; ſaltim quin poſſit ceſſare ab a=
ctu quem actiue elicit mediante deliberatione.
hec et ſimilia argumenta facit Adam contra fun
damentum probationis prime concluſionis ſcili
cet ꝙ clara viſio dei non ſufficit ad confirmatio-
nem beatorum in bono. ¶Contra ſecundaʒ cõ
cluſionem et eius probationem arguit Scotus.
Et primo contra concluſionem in ſe probando
ꝙ obſtinatus dãnatus poſſit habere bonuʒ actũ
volendi. Primo. quia demones habent natura
lia integra ſm Dionyſium de diuinis nominibꝰ.
ergo eſt in eis naturalis inclinatio ad bonũ. igĩ
ſm illam inclinationem poſſunt aliquid confor=
miter velle recte rationi. quia potentia vt i natu
ra ſua mere conſideratur: poteſt aliquem actum
elicere conſonum naturali inclinationi. igĩ poſ=
ſunt habere actum non malum. quia non eſt con
trarium nature eorum. ¶2°. Quia dãnati ha=
bent vermem qui eſt remorſus de peccato eorũ.
remorſus autem ille eſt aliqua diſplicentia. que
diſplicentia nõ eſt actus malus moraliter. quia
licet poſſit difformari per circũſtantiam inordi=
natam: tamen ſiſtendo in hoc quod eſt nolle ſe
peccaſſe: nõ videtur formaliter eſſe malicia mo-
ralis. ¶3°. Quia ſi nolunt penam inq̃m eſt leſi-
ua nature: ſiſtendo tm̃ in hoc abſq; alia circunſtã
tia: non videtur eſſe actus moraliter malus. qꝛ
ſicut poteſt amare naturam ſuam nõ male mora
liter: ita poteſt odire cõtrarium ſibi. ¶4°. Qꝛ
homo exiſtens in vicio et peccato mortali: põt
ex puris naturalibus ſuppoſita generali influen=
tia dei habere velle perfecte bonum ſm omnes
circunſtantias. ergo multo plus hoc poteſt ange
lus obduratus ex puris naturalibus. ꝯña pro=
batur auctoritate Auguſtini de fide ad petrum
capitulo. 3°. vbi ait ꝙ ſi poſſibile eſſet vt huma=
na natura poſtq; a deo auerſa bonitatem perdi
dit voluntatis: ex ſe ipſa rurſus eam habere po
tuiſſet: multo poſſibilius hoc haberet natura an
gelica que quanto minus grauatur põdere ter=
reni corporis: tanto magis hac eſſet predita fa=
cultate. ¶5°. In angelis manent naturalia in=
tegra et ſplendidiſſima ſm Dionyſium. ſed be=
ne velle ſm nullam circunſtantiam in actu exce=
dit naturalem facultatem voluntatis ſicut nec
ſm ſubſtantiam actus. quia ille circunſtantie na
te ſunt conuenire naturaliter illi actui. quia per
rationem naturalem concluditur talis circunſtã
tia debere ineſſe illi actui. ſicut patet ꝑ rationes
philoſophorũ qui hoc probauerunt. illud auteʒ
naturaliter conſequitur aliquid quod probatur
ſibi debere ineſſe per rationem naturalem. igitur
ſicut actus volendi ſm ſubſtantiam actus nõ ex
cedit voluntatem angeli: ita nec ſm aliquam cir
cunſtantiam. igitur cum angelus poſſit in actuʒ
qui non excedit eius facultatem naturalem: ſe=
quitur ꝙ ille poſſit in actum moraliter perfecte
bonum. ¶6°. Intellectus angeli non eſt ita ex=
cecatus ꝙ erret circa principia pratica: quia illa
ſunt nota ex terminis ſicut etiam principia ſpe=
culatiua. igitur cum angelus poſſit terminos ap
prehendere et eos componere: poteſt veritati il
lius principij aſſentire. ex illo auteʒ principio po
teſt deducere concluſionem praticam neceſſariã
et ſi non cognoſcat diſcurrendo: poteſt conclu=
ſio ab angelo videri in principio ſicut a nobis ex
principio demonſtratiue probari vel deduci. igi
tur ſicut voluntas noſtra de tali concluſione de-
ducta ex tali principio poteſt habere volitionẽ
rectam: ita angelus ſequendo dictamen intelle=
ctus ſui poteſt habere volitionem bene circun-
ſtantionatam. ¶7°. Quia cõmuniter tenetur ꝙ
angelus ex puris naturalibus poteſt diligere de-
um ſuper omnia. et ad hoc teneretur ſi eſſet i pu
ris naturalibus in ſtatu vie. et per conſequẽs ad
hoc eſt naturalis inclinatio ipſius. cum igitur na
tura ſua remaneat integra. et ſimiliter ſua incli=
natio naturalis: ſequitur ꝙ adhuc poteſt deum
diligere. ſed actus diligendi ex quo tranſit ſuper
illud bonum: eſt ſine omni mala circunſtantia.
quia non poteſt nis intenſe diligi. igitur circa de
um poteſt habere actum diligendi moraliter bo
num. ¶8°. arguit Durandus ad ideʒ. Si demo=
nes non poſſunt bonum facere: hoc ineſſet eis
vel a natura: vel a culpa cõmiſſa: vel ab ordina
tione diuina. non a natura: quia natura bona eſt
Item quia ſi ſic: ſtatim omnes peccaſſent cũ ha=
buerunt naturam. nec a culpa quaʒ primo com-
miſerunt: quia illa non manet in eis actu. nec
ab ordinatione diuina. deus enim non ordinat
nec vult mala fieri ſed facta punit. igitur et c̃.
¶9°. idem arguit. Quia dato ꝙ angelus malus
non poſſit nolle quod ſemel voluit quod tamẽ
non eſt aſſerendum: nichilominus ꝙ non poſſit
aliquod bonum velle quod ſit bonum ex gene=
re et ex circunſtantijs. nec ratio perſpecta conui
cit: nec auctoritas. attribuere auteʒ hoc deo om
nino inconueniens eſt qui nec poteſt eſſe cauſa
vt aliquis male velit aut in male volito perſeue
ret. ¶Contra aliam partem concluſionis argu=
it Scotus probando ꝙ angelus obſtinatus nõ
neceſſario vult malum. Primo ſic. quia videtur

ꝙ voluntas ex ſua libertate poſſet non velle et nullum actum habere. quod probatur. quia ſm Auguſtinuз primo retractationū capitulo. 22° nichil eſt tam in poteſtate voluntatis ꝙ̄ ipſa voluntas. quod non videtur intelligendum de voluntate ꝙ̄m ad eius eſſe primum. quia ꝙ̄m ad eē magis eſt in eius poteſtate non voluntas ꝙ̄ voluntas. ſed intelligitur quantum ad operari. igitur voluntas magis eſt in poteſtate voluntatis ꝙ̄ aliqua potentia inferior. ſed voluntas poteſt aliquam potentiam inferiorem ſuſpendere ab omni actu. igitur et ſeipſam et ſic non neceſſario vult malum. ¶ 2°. Quia omne inclinatiuum voluntatis ad peccatum vel ad actum peccati: inclinat ad aliquem actum vnum in ſpecie. ille igitur habitus qui ponitur cauſa peccandi: aut inclinat tantū ad actum ſuperbiendi: aut tantū ad actū odiendi. ad quemcūꝗ autem actum ponatur inclinare: videtur probare ꝙ poſſibile ſit illum actū aliquando non habere. quia poteſt habere aliuз actum diſtincte et ex toto conatu et non poteſt ſimul habere duos perfectos actus. igitur nullus vnus actus eſt qui neceſſario ſit perpetuꝰ ex vehementi inclinatione ad ipſuз. et per conſequēs nec in cōmuni neceſſario ineſt ei actus malus ex habitu vel alio inclinatiuo. Confirmatur. qꝛ nullus habitus eſt ratio potentie agendi modo oppoſito proprio modo ipſius potentie quod probatur. quia cauſa ſecunda inquantū cauſa ſecunda: non determinat modum agendi cauſe prime ſed econtrario. igitur ſi voluntas non habituata poteſt non neceſſario velle: hoc enim eſt libertatis in ea: voluntas habituata non neceſſario volet hoc. ¶ 3°. Quia ſi loquamur de aliquo actu determinato: ſatis patet ꝙ ſi tantū habet aliquem habitum determinatum: ille inclinat ad aliqueз vnum actum in ſpecie. et ſic patet ꝙ poteſt habere alium actum in ſpecie ab illo: et pro tunc non habere alium. patet ratione non habendo quemcūꝗ alium ad quem non eſt talis habitus inclinans. ſi etiam habeat plures tales habitus inclinantes ad diuerſos actus in ſpecie: aliquis tamē habitus vehementiſſime inclinat: et poteſt non habere actum illius habitus maxime inclinātis. ergo poteſt non habere actum cuiuſcūꝗ alteriꝰ. Si autem loquamur de actu indeterminato ſiue vago: idem videtur ꝙ ſcilicet illa natura tam excellens habeat naturalem potentiam ad ſuſpendendum ſe ab omni volitione vel habere volitionem non malā malicia cōtraria bonitati morali: licet non habeat bonam bonitate completa morali que eſt ex omnibus circunſtantijs volitionis. vel ſi habeat actum circunſtantionatum quibuſdam bonis et deordinatuз quibuſdam malis non tamen oportet ꝙ ille ſemper ſit malꝰ. ¶ 4° Quia ſi obſtinati neceſſario male volunt et ſemper ſunt in actu volendi quia non habent aliqđ impedimentum: igitur ſemper male volunt. et ita in infinitum augēt maliciam ſuam. ſed ex lege diuine iuſticie: augmento culpe correſpondet augmentum pene. igitur in infinitum creſcit pena eorum. igitur nūꝗ erunt in termino pene eorum. et pari ratione poſſet charitas in bonis augeri. et ita nūꝗ erunt in termino beatitudinis ſicut nec mali in termino malicie. ¶ 5° Nullus intellectus eſt ita auerſus quin poſſit cogitare vel intelligere aliquod verum. quia prima pricipia omni intellectui ſunt nota ex terminis. ergo nulla voluntas eſt ita auerſa ab vltimo fine qui poſſit velle vltimum finem. tenet pña. Tuз per ſimilitudinem philoſophi. 2°. phiſicorum et. 7° ethicorum ſicut ſe habet principium in ſpeculabilibꝰ ſic finis in agibilibus. Tum ſecundo. quia omnis malus eſt ignorans. 3° ethicorum. ergo non eſt malicia in voluntate ſine errore in intellectu. igitur vbi intellectus non poteſt excecari circa obiectum aliquod intelligibile: ita nec volūtas poteſt ibi obligari circa illud appetibile vel amabile. ¶ Contra probationes concluſionis arguūt multi. et primo loco arguit Scotus probando ꝙ obſtinatio in demonibus non proueniat propt̄ imobilitatem apprehenſionis intellectꝰ angelici. Primo. quia opinio iſta ſupponit falſum ſcilicet ꝙ intellectus ſit ſufficiens motor voluntatis. ¶ 2°. Quia hoc falſum contradicit poſitioni dupliciter. Primo quidem. quia cum intellectꝰ angelicus ante peccatum fuerit rectus in apprehendendo. non enim pena preceſſit culpam. igitur mouit voluntatem ad aliquid recte apprehendendum nec potuit aliter mouere. quia intellectus mouet per modum nature. et per cōſequēs non poteſt mouere niſi ſm modum cognitionis quam habet. igitur mouit voluntatem ad recte volendum. igitur voluntas illa nūꝗ potuit peccare. ¶ 2°. Quia ſi ex ratione motoris et mobilis ſit talis proportio: voluntas non tantū eſſet imobilis poſt primam electionem voluntatis: ſed etiam in prima vel ante primam electionē. quia intellectus eorum ſicut imobiliter aliquid oſtendit poſt primam electionem: ita et ante eā. et ſi ipſe imobiliter apprehendens moueat appetitum immobiliter: igitur in primo actu mouebit immobiliter. et per conſequens non tantum poſt primum actum. ¶ 3°. Quia ex iſta via ſeqꝛ

tur ꝙ quilibet angelus eſt factus impeccabilis.
quia cum ſm te quilibet angelus fuit creatus in
gratia et ſic habuit aliquem actuꝫ in gratia .quia
non eſt veriſſimile ꝙ in primo inſtāti fuerit ocio=
ſus quia non fuit impeditus.et ſi fuiſſet tunc ocio
ſus peccaſſet forte peccato omiſſionis: nec ſimul
cum gratia peccauit planum eſt: igitur aliquan=
do ſm gratiam habuit bonam electionem et ple
nam:quia ſequentem perfectam apprehenſionē
intellectus. quia ſm te non eſt in eis niſi talis ap
prehenſio:et hec imobilis et non per diſcurſum.
igitur quilibet angelus in illa prima electiōe bo=
na firmauit ſe et factus eſt impeccabilis. ¶ 4°.
Quia differentia de voluntate hominis et ange
li non valet. quia et ſi angelus intelligat ſine diſ=
curſu quod homo intelligit per diſcurſum ſm te:
tamen intellectus hominis ita imobiliter adhe=
ret ei ad quod diſcurrit. ita eniꝫ certitudinaliter
hoc eſt non dubitando tenet concluſionem ad
quam diſcurrit:ſicut angelus tenet eam in princi
pio videndo eam ſine diſcurſu. igitur illa imobi=
litas intellectus humani hoc eſt certitudo:habe
ret eque imobilem voluntateꝫ ſicut illa alia que
ponitur in angelo. ¶ 5°. Quia negare omnem
diſcurſum ab angelis: non videtur probabile ſi=
cut dicit probaſſe in prologo ſententiarū. ¶ 6°.
Quia non tantum voluntas angeli dānati ē ob=
ſtinata:ſed etiam voluntas hominis dānati. et
oportet vtriuſq; aſſignare cauſam cōmunem ſe
cūdū ꝙ videtur dicere Auguſtinꝰ de fide ad pe=
trum. vbi vult ꝙ hec eſt vna cōmunis ratio qua
re deus ſimul iudicabit ſpiritus humanos et an=
gelos dānatos. ſed iſta via non ponit cauſam ob
ſtinationis hominis: quare nec dmonis. Minor
patet. quia anima coniuncta non habet cogniti=
uam imobiliter apprehenſiuam ſicut angelus. igi
tur oportet aſſignare cauſam huius obſtinatio=
nis in anima quando eſt ſeparata. igitur aut tūc
ante omnem actum elicituꝫ eſt obſtinata : et tūc
per conſequens cauſa aſſignata non eſt ſufficiēs
cauſa obſtinationis. quia antequam velit aliqd
ſecundū actum intellectus imobiliter apprehen=
dētis:eſt obſtinata. aut eſt obſtinata per aliqueꝫ
actum quem elicit ſeparata qui ſequitur appre=
henſionem intellectus imobilem. ſed ſecundum
non videtur conueniens. quia anima ſeparata
non demeretur ſed tantū per actus quos habu=
it in via recipit quod meruit vel demeruit. igitur
nullum actum tunc habet precedentem obſtina
tionem per quem reddatur obſtinata. Et poſ=
ſet confirmari per exemplum de Lazaro ꝙ mor=
tuo intellectus habuit apprehenſioneꝫ anime ſe=
parate:et tamen non imobiliter voluit. quia tūc
fuiſſet factus impeccabilis ſi bonus: vel obſtina=
tus ſi malus. quorum vtrūq; eſt falſum : niſi fin=
gatur ꝙ deus miraculoſe ſuſpendit eum ab ope
ratione qualis conſequitur animam ſeparatam
pro tanto quia preordinauit eum reſuſcitaturū.
ſed hoc non videtur probabile: quia multa dici=
tur narraſſe que viderat. ¶ 7°. Si voluntas pro
pter hoc ꝙ habet apprehenſionem imobileꝫ red=
dit ſe obſtinatam: vel hoc eſſet dum eſt in corpo
re: vel dum eſt extra corpus. non dum eſt in cor
pore: quia tunc habet apprehenſiuam mobilem
cum ſit viatrix. nec ſecundo modo quia in inſtā=
ti ſeparationis anima obſtinatur et dānatur : et
tamen nō tunc habet apprehenſionem imobilē.
quia illud eſt inſtans corruptionis totius com=
poſiti. et ideo in illo inſtanti non intelligit. ¶ 8°.
Cauſa totalis non aliter cauſat: niſi ipa ſecundū
ꝙ eſt cauſa aliter ſe habeat . et hoc quando non
ponitur aliqua diuerſitas ex parte paſſi vel aliq
rum impedimentorum extrinſecorum . Vel ſic.
voluntas non eſt cauſa ſue volitionis niſi vt pri
or ea naturaliter. igitur ſi non aliter ſe habeat vt
eſt prior ea naturaliter: non aliter ſe habet vt eſt
cauſa eius. ſed vt eſt prior naturaliter : non alit
ſe habet per hoc ꝙ eſt ſub actu volendi . quia ſic
ſe habet in actu primo. igitur per illuꝫ actum nō
ſe habet aliter in cauſando. igitur per actum ſub
quo ponitur non fit impeccabilis . ¶ Confirma=
tur primo. quia cauſa que ſecūdū ſe vniformiter
ſe habet ad plures effectus: per hoc ꝙ cauſat v=
num non aliter ſe habet reſpectu alterius. vt pa
tet de calore reſpectu plurium calefactionum. ſꝫ
voluntas eſt cauſa reſpectu plurium volitionū.
igitur per hoc ꝙ vnam elicit: non aliter ſe habet
ad eliciendum aliam. igitur ſi primam libere eli=
cit ita ꝙ reſpectu illius nō fuit impeccabilis : nec
per illam reſpectu alterius erit impeccabilis.
¶ Confirmatur ſecundo quia voluntas angeli
reſpectu illius actus qui ponitur cauſa obſtina=
tionis: ſe habet contingenter et ſolūmodo ne=
ceſſario ſm quid . quia eſt cauſa illiꝰ vt prior na
turaliter. et vt ſic contingenter elicit . ſed talis a
ctus non plus neceſſitat voluntateꝫ reſpectu al=
terius ꝙ̄ reſpectu ſui. igitur et c. ſed voluntas vt
prior naturaliter actu ſuo non vt exiſtens actua
liter ſub actu: eſt cauſa ſui actus. quod ex hoc ma
nifeſtum eſt. quia eſt cauſa libera actus ſui que li
bertas non eſt eius niſi vt prior eſt actu ſuo. quia
vt eſt ſub actu: habet actum vt formam natura=
lem. compoſitum autem eſt poſterius ſua forma
7°. methaphiſice. voluntas igitur non aliter ſe

habet in eliciendo actum niſi aliter ſe habeat in=
q̄m eſt prior actu. ſed per hoc ꝙ ponitur habere
actum inherentem ſibi ipſi: non eſt naturaliter
prior actu. quia aliter ſe habet quātū eſt ſub actu
q̄m ſcilicet ad aliquod accidens non tamen q̄m
ad naturam ſuam ſecundū quam eſt talis actus
primus qui eſt voluntas. igitur ipſa ſub quocun
ꝙ actu intelligatur: non aliter ſe habebit in elici=
endo actum alium vel habitum qui poteſt poni
in ea ſeparata qui non poteſt poni in ea coniun=
cta et ipſa oppoſito modo eliciens bonum actuꝫ
vel malum illi modo quo prius eliciebat. et ita ſi
prius contingenter egit: per nichil tale poſitum
in ea neceſſario eliciet. ¶ Confirmatur tertio. qꝛ
nulla cauſa ſecūda poteſt eſſe cauſa principalis
alicui cauſe: agendi modo oppoſito illi qui conue
nit principali agenti ex ſua cauſalitate. ſic enim
cauſa principalis non eſſet principalis. quia de=
terminaretur ad oppoſitum moduꝫ agendi ſuo
modo proprio a cauſa ſecunda. igitur cum volū
tas ſit principalis cauſa ſui actus: quicquid po=
natur in voluntate reſpectu actus eius: vel non
erit cauſa actus ſic eliciendi: vel ſi eſt cauſa ſecū=
da reſpectu voluntatis: non erit cauſa principa=
lis: ſequitur ꝙ voluntas per nichil aliud deter=
minaretur ad agendum. hec Scotus. ¶ Cōtra
eaſdem probationes arguit Gregorius de ari=
mino et quaſi in eadem ſentētia. vnde primo ar
guit ſic. Iſta poſitio aſſumit quoddam quod eſt
in ſe falſum et contra ſanctos ſcilicet de imobili
adheſione volūtatis angelice. Ait enim Damaſ=
cenus libro primo capitulo. 3°. ꝙ angelus eſt ſub=
ſtantia intellectualis ſemper mobilis arbitrio li=
bera. et paulo poſt ſubdit. arbitrio libera vertibi
lis ſecundū mentem volenter vertibilis. hoc au
tem veruꝫ nō eſſet ſi ſic imobilit adhereret. ¶ 2°
Quia ſecundū iſtam viam angeli beati ſunt in=
flexibiles et imobiles naturaliter ad malum cuꝫ
adheſerint iuſticie ſua voluntate. ſed hoc eſt ex=
preſſe contra Damaſcenum ibidem. ait enim de
ſanctis angelis. difficile mobiles ſunt ad malum
ſed non imobiles: nunc auteꝫ et imobiles ad ma
lum non natura ſed gratia. Et idem dicit Augu
ſtinus libro. 3°. contra maximum. et allegatur in
diſtinctione iſta. ¶ 3°. Quia vt dicit ſe probaſſe
diſtinctione. 3ª. mora aliqua fuit inter creationē
ante et eius peccatum. et conſtat ꝙ in illa mora
habuit aliquod velle. et deum pre ſeipſo dilexit.
ſi igitur eius voluntas ſic imobiliter adhereret:
nunꝙ peccaſſet quod eſt falſum. ꝙ autem an=
geli mali quandoꝙ dilexerint deum: patet per
Auguſtinum de fide ad petrum capitulo. 3°. di=
cit enim. deus angelos ita creauit vt etiam pre
ſe ipſis illum diligerent cuius ſe tales creatos o=
pere cognouiſſent et c̄. ¶ 4°. Conſtat ꝙ diabo=
lus non omne quod vult ſemper vult. imo nunc
vult vnum nunc aliud ſcilicet eius oppoſitum.
vnde vt dicitur: primo voluit Chriſtum mori:
poſtea voluit ꝙ non moreretur. vnde vxori pi=
lati ſuggeſſit vt impediretur paſſio chriſti. et ſa=
tis eſt veriſſimile ꝙ in eius voluntate ſit maxi=
ma mutatio contrariarum volitionum: licet om
nes male ſint et ad malum finem relate. ¶ 5°.
Quia iſta poſitio non poteſt aſſignare cauſam
obſtinationis hominum eandem cum cauſa ob=
ſtinationis demonum. nec aliam vt videtur.

¶ Contra eaſdem probationes arguit Aureo=
lus primo ſic. Quia nunꝙ intellectus imobilita
tur in aliqua concluſione reſpectu cuius oppoſi=
ti poteſt habere probationem aliquaꝫ magis p̄=
babilem. ratio eſt. quia intellectus mouetur ab
obiecto. et ideo fortius mouetur a fortiori obie=
cto. ſed in intellectu demonis poteſt concurre=
re ratio fortior et magis probabilis ad oppoſi=
tum concluſionis in qua dicis ꝙ fertur imobili=
ter. vnde poteſt ſibi clarius et fortius occurrere.
et magis probabiliter et efficaciter mouebit euꝫ
ꝙ eſt in ſtatu malo et peruerſo in continua dei
diſplicentia. igitur non videtur ꝙ ſit imobilita=
tus in oppoſito. ¶ 2° ſic. Intellectus eſt paſſi=
uus reſpectu obiecti. tunc ſic. obiectum quod ē
magis natum ducere potentiam ad oppoſitum
actum: non immobilitat in actu oppoſito illi. ſed
ſic eſt de diſplicentia dei. ipſa enim apprehenſa
magis nata eſt mouere intellectum demonis ad
reſiliendum ab ea cum ſit ſūmum deteſtabilium.
igitur non imobilitat in ea. ¶ 3°. Quia ratio tue
poſitionis peccat per fallaciam ſecūdū non cau
ſam vt cauſam. non enim ſequitur. non diſcurrit
igitur immobiliter apprehendit. quia non diſcur
rere non eſt cauſa immobiliter apprehendendi
vnde in principio falſo poteſt quis ſine diſcurſu
apprehendere concluſionem falſam. nec tamen
immobilitatem in ea. ¶ 4°. Quia in angelo ma
lo cum naturalia remaneant integra: ſunt om=
nes propoſitiones et omnia principia pratica.
et iſta accepta indicatiue licet non vt accipiun=
tur imperatiue et vt ſequuntur determinationē
voluntatis et mouent ad volitionem. vnde Sa
lomon peſſima enuntiabat de mulieribus: tamē
iuditio imperatiuo et deliberatiuo eligebat il=
la. ſic angelus malus poteſt dicere. peſſimum eſt

odire deum:et tamen actu arbitratiuo imperat contrarium. et iſti ſunt actus in quibus ſindere-ſis extinguitur in demone ¶ Contra eaſdem ꝓ-bationes arguit Durandus. Primo contra pro-bationem adductam de. 2°. ſententiarum. finis in-quit cui adheret immutabiliter voluntas angeli mali eſt ille cui adheſit primo peccando. ſed ille finis non eſt malus:quia non peccauit appeten-do aliquid malum de ſe: ſed appetendo bonum ex genere abſqꝫ debitis circunſtantijs. ergo vo-luntas angeli non adheret malo fini ſed bono. ex voluntate autem boni finis ex genere non eſt neceſſe procedere opus malū. quare et c. ¶ Itē dato ꝙ volūtas angeli adhereret malo fini de ſe non eſt neceſſe ꝙ a tali voluntate procedat opꝰ malum. quia a volūtate adherente recto fini: po-teſt procedere opus prauum cum non ſit actua-lis deductio in vniuerſali et particulari eorum q̄ ſunt propter finem elicienda. et ſimiliter eſt de voluntate adherente prauo fini. quia ex ipſa po-teſt bonum opus procedere ſi non deducatur ex illo fine. ſicut preſtituens ſibi adulterium tanq̄ fi-nem:poteſt dare elemoſynam non propter finē illum:et bene facit. non eſt autem neceſſe ꝙ vo-luntas demonis malo fini adherens:omnia que agit ex illo fine deducat. non enim angelus ma-lus in malo fine cui adheret: videt omnia que ad ipſum pertinent ſicut angelus bonus. ¶ Itē ſicut angelus non peccauit ex paſſione:ſic nec ex habitu. quia antequā peccaret malum habitum non habebat. nec ex electione ſed magis ex neſci-entia vel ex inconſideratione. ſicut ergo peccans ex paſſione:ceſſante paſſione penitet:ſic vt vide-tur demon ceſſante vt ſic dicam inconſideratio-ne qua peccauit:pēitere potuit. et cui adherebat poterit non adherere ¶ Item hoc quod dicitur ꝙ angelus poſt caſum fuerit in termino: certum eſt ꝙ non fuerit in termino ſue durationis cū ſit incorruptibilis. nec in termino electionis. aliqua enim volunt et eligunt angeli mali et boni que prius non volebant nec eligebant. et econtrario prius aliqua volebant ⁊ eligebāt q̄ modo nolūt. reſtat igitur ꝙ ſolum ſint in termino merendi et demerendi vt iam per actum quantuncumqꝫ bo-num ex genere et circunſtantijs non mereantur nec de congruo gratiam nec de condigno gloriā. nec per actum quantuncumqꝫ malum merentur ampliorem penam eſſentialē: licet forte aliquā penam accidentalem ampliorem mereantur ex multiplicatione damnatorum. ſicut beati angeli ampliorem gloriam accidentalem habent ex ſa-lute iuſtorum. ex hoc ergo ꝙ demones ſic ſunt in termino:non ſequitur quin poſſint aliquod bo-num facere q̄uis non eſſet meritorium. ¶ Secū-do loco arguit contra probationem aſſumptam de prima parte. et hoc ſic. Effectus inquit cōmu-nis requirit cauſam cōmunem. obſtinatio autem in malo eſt quid commune angelis malis et ho-minibus damnatis. ergo cauſa obſtinationis de-bet in eis eſſe ſecundum aliquid cōmune et non ſecundum illud in quo differt liberum arbitrium angeli a libero arbitrio hominis ſcilicet in imobi-liter adherere. ¶ Itē quia non videtur verum ꝙ angelus immobiliter adhereat his quibus ſe-mel adheſit. quia ſecundum te omnes angeli a principio adheſerunt bono. quia omnes merue-runt ſicut tu dicis. ſed mali poſt meritum preſti-terunt impedimentum peccando. et ita diuerte-runt a bono cui primo adheſerunt. et ſic hec duo dicta ſibi contradicunt. ¶ Item ſi natura angeli eſt talis ꝙ ſemel adherens alicui: non poteſt ab illo deflecti et ex hoc ſit obſtinatio demonum ꝙ non poſſunt aliquod bonum ex quo peccauerūt: per eandem rationem boni angeli eſſent confir-mati in bono: ita ꝙ peccare non poſſunt ex hoc ſolo ꝙ meruerunt. ſed hoc eſt falſum. quia ꝑ me-ritum non ſunt confirmati ſed per premium. er-go et illud ex quo ſequitur ſcilicet ꝙ naturalis motus adheſionis angeli ſit cauſa obſtinationis ¶ Item dato ꝙ demones immobiliter adhere-ant eis quibus ſemel adheſerunt: ex hoc tamen non ſequitur ꝙ non poſſint aliquod bonum vel-le vel facere:ſed ſolum ꝙ non poſſunt velle bo-num oppoſitum malo quod elegerunt. de alio autem bono non oppoſito illi malo non ſequitur. hec ille. Contra eaſdem probationes arguit cor-ruptor veritatis. ſed quia ad eius obiecta ſufficiē-ter reſpondit corrector:placuit illa hic omittere et ad illum remittere.

QUātum ad articulum tertium primo notan-dum eſt vt Sanctus Thomas inquit de veritate. q. 24ª. arti. 9°. ꝙ confirmatꝰ in bono ꝓprie dicitur qui habet in ſe ſufficiēs ſue firmitatis prīcipium. ſicut autem principium quo voluntas tē-dit in bonum eſt ipſa boni cognitio qua volunta-ti proponitur bonum ſꝫ quod Auguſtinus dicit ꝙ nichil eſt volitum niſi precognitum:ita ⁊ prin-cipium quo voluntas firmatur in bono ideſt fir-

miter bono adheret: eſt ipſa cognitionis firmitas et perfectio que ex euidentia ⁊ clara viſione ſummi ac perfecti boni accipitur. Et ſecūdum ꝙ huiuſcemodi clara viſio contingit vel per modū forme aut habitus immanentis vel per modum paſſionis tranſeuntis: ita et ipſa confirmatio voluntatis in bono conſequitur mobiliter vel immutabiliter. vñ quia beati in patria habent claram et euidentem ſummi boni idest diuine eſſentie viſionem eternaliter in eis manentem propter qđ vita eterna appellatur: ita ⁊ eorum volūtas eternaliter ⁊ immutabiliter confirmata eſt in bono. quēadmodum quia paulus ⁊ moyſes diuinā eēntiam aperte viderunt raptim ⁊ per modum paſſionis tranſeuntis prout communiter tenetur a doctoribus ſequentibus Auguſtinum. 12° ſuper geñ. ad. li. ideo et pro tunc confirmati poſſunt dici in bono raptim ac mobiliter. nō enim clara eorum viſione dei ſtante: peccare potuerūt: aut nō deum ſūmum bonum ⁊ oĩs bonitatis complementum amare. verum eſt tamen ꝙ cōfirmatio in bono ex formali ratione nominis que firmitatem implicat: non proprie dr̄ niſi de perfecte beatis. quod ⁊ vſus doctorum loquentium tenet. ſꝫ ad repellendas quorūdam inſtantias poſita eſt ſupradicta diſtinctio. quibus tñ ſufficiēter reſpōdetur ſi dicamus ꝙ fundamentum Sancti Thome ad ꝓbandā pmam cōcluſionē ſumptū ex clara diuine eſſentie viſione: tenet de firma ac immutabili et perpetua viſione qualis eſt in beatis.

**Secundo.** Notandum eſt prout Sanctus Thomas deducit de veritate q̄ſtione. 22. arti. 5°. in corpore. natura ⁊ voluntas hoc modo ordinantur vt ipſa volūtas etiam quedam natura ſit. qꝛ in omni quod i rebus inuenitur natura quedam dr̄. et ita in voluntate oꝫ inueniri non ſolum id quod voluntatis eſt: ſed etiaꝫ id quod nature ē. hoc auteꝫ eſt nature cuiuſlibet create vt a deo ſit ordinata in bonū naturaliter appetens illud. vñ et volūtati ipſi ineſt quidam naturalis appetitus boni ſibi conuenientis. et ꝓpter hoc hꝫ aliud appetere ſm ꝓpriam determinationem non ex neceſſitate. quod ei competit vt voluntas eſt. ſicut aūt eſt ordo nature ad voluntatem: ita ſe habet ordo eorum que naturaliter vult volūtas ad ea reſpectu quorum ex ſeipſa determinatur non ex natura. et iō ſicut natura eſt volūtatis fundamētum: ita appetibile quod naturaliter appetitur ē aliorum appetibilium principium ⁊ fundamētū. In appetibilibus autem finis eſt principium ⁊ fundamentum eoꝝ q̄ ſunt ad finem: cuꝫ ea que ſunt ad finem nō appetātur niſi ratione finis. et ideo quod voluntas de neceſſitate vult quaſi naturali inclinatione in ipſum determinata: eſt finis vltimus vt beatitudo et ea que ad ipſam neceſſario requiruntur antecedenter vel conſequenter ſicut eſſe. viuere. cognitio veritatis et alia huiuſmodi. ad alia vero non determinatur de neceſſitate naturali inclinatione ſed propria diſpoſitione abſq; omni neceſſitate. q̄uis autem quadam neceſſaria inclinatione vltimum finem velit voluntas: nullo tamen modo concedendum eſt ꝙ ad illud volendum cogatur. coactio enim nichil aliud eſt q̄ȝ violentie cuiuſdam inductio. violentum autem ſm phm̄. 3° ethicorum eſt cuius principium eſt extra nichil conferēte vim paſſo. ſicut ſi lapis ſurſum proijciatur: quia nullo modo quātum eſt de ſe ad hūc motum inclinatur. ſed cum ipſa voluntas ſit quedam inclinatio eo ꝙ eſt appetitus quidam: non poteſt contingere vt volūtas aliquid velit et inclinatio eius nō ſit in illud. et ideo non poteſt contingere vt voluntas aliquid coacte vel violenter velit etiam ſi aliquid naturali inclinatione velit. ¶ Ex quibus inferimus primo ꝙ cum voluntas dicatur libera eo ꝙ non neceſſitatꝰ prout Sanctus Thomas dicit loco proxime allegato in. arti. ſequēte. ſicut duplex eſt neceſſitas ſcilicet coactiōis ⁊ neceſſitas naturalis ordinis vel inclinatiōis: ita duplex eſt libertas voluntatis. vna a coactiōe: et hec ē propria voluntati inquantum voluntas eſt ⁊ ipſam conſequitur in omni ſtatu nature et reſpectu cuiuſlibet obiecti. alia eſt libertas qua volūtas dicitur libera a neceſſitate naturalis ordinis vel inclinationis: et iſta non eſt propria voluntati inquantum huiuſmodi neq; ipſam cōſequitur reſpectu quorumlibet obiectoruꝫ ſed reſpectu eorum dūtaxat que ſunt et ordinantur ad finem ad quem tamen neceſſariam connexionem aut ordinē nō habent. vnde et huiuſcemodi libertas diuine voluntati non tribuitur circa proprium et per ſe volitum qđ eſt ipſe. neq; ponitur in voluntate creata hominis vel angeli reſpectu vltimi finis clare viſi. ¶ Secūdo īferimꝰ ꝙ libertas qua dr̄ liberū arbitrium prout diſtinguitur a volūtate ſm differētiā actuū nō vt alia pō: ē libertas tā a coactione q̄ȝ etiā a nāli neceſſitate. et iō ꝓpe loq̄ndo liberꝝ arbitriū nō ē ō vltimo fine neq; ō hijs q̄ nāli inſtinctu aut ex neceſſaria inclinatione volumꝰ ſed ſolum de hijs que ſunt ad finem contingenter ſe habentia quorum eſt electio.

Tertio notandū eſt ꝓ declaratione concluſionū ꝙ ꝗuis nullius creature liberū arbitriū ſit naturaliter aut cōfirmatum in bono aut obſtinatum in malo: et tn̄ ſm diuerſitatē naturarū: diuerſimode vtrūqꝫ inuenitur quātū ad aliqd in angelis ⁊ in hominibus. qm̄ ea que accidūt aut ſupueniunt naturis rerū: ſapiūt ipſarum modū et cōdicionē. vnde et vnūquodqꝫ recipit ſm modum rei recipientis. ⁊ cuiuſlꝫ opatio procedit ab eo ſm modū ſue nature. vires eni vegetatiue ⁊ ſenſitiue ⁊ operatiões vite ad quas ſunt: pfectiori mō reperiūtur in hominib⁹ ꝙ̄ in brutis ꝙ̄to natura hois perfectior ē nā brutorum. et inde eſt ꝙ ēt ipſa dona gratuita quorū principiū eſt ab extra: aliter collata ſunt a deo hominibus ⁊ alit angelis ⁊ alio ac alio mō in vtriſqꝫ recipiunt et pmanent. vñ et angeli vt cōius ⁊ veri⁹ tenet: cōſequuti ſunt grãz et gliam ſm quantitatē naturaliū. hoies vero nō ſed ſm diuerſitatē conatus ⁊ meriti eiuſdem pfectionis ſpecifice exiſtētes quantū ad naturalia. Et licet tam angelis ꝙ̄ hominibus pfixa ſit a deo via ad merendū ⁊ terminus ad premiū cōſequendum: aliter tn̄ ⁊ aliter ſm modū vtriuſqꝫ nature. nam lōgior via data ē hominibus ⁊ multiplices rationes merendi ſm multiplicitatem naturarum et potentiarū quibus cōſtant. nimirum ergo ſi i angelis et in hominibus ſm diuerſam cōdicionem vtriuſqꝫ nature: aliter ⁊ aliter reperiat cōfirmatio in bono et obſtinatio in malo: lꝫ iſta neqꝫ ãgelo neqꝫ homini naturalit inſint vt dictū eſt. Ad cuius itellectum aiaduertendū eſt ꝙ ſicut de⁹ nō eſt cauſa p ſe ⁊ directe reprobatiōis maloꝝ ꝗuis ſit cā directe ⁊ p ſe predeſtinatiōis bonorum: ita directe et per ſe ē cauſa cōfirmationis hoim vel angeloꝝ in bono: obſtinationis vero illoꝝ non eſt p ſe ⁊ directe cā. obſtinatio eni ſm ſe malum ē et pricipaliter malum culpe cuius de⁹ cauſa p ſe nō eſt. Dicem⁹ ergo ꝙ circa cōfirmationem i bono et obſtinationē in malo deus ⁊ hō vel ãgelus diuerſo mō ſe hñt. nā deus ſicut dictum ē: non eſt cauſa effectiua directe ⁊ per ſe obſtinatiōis illoꝝ i malo ſed ē cauſa pmiſſiua tm̄ et quaſi remouēs prohibens. ſ. nō largiendo grãm que obſtinatione ꝓhiberet. hō autē vel angelus obſtinatus in malo ē directe ⁊ principaliter cauſa ſue obſtinationis. cōfirmationis vero eorum in bono: deus eſt pncipalis directe ac p ſe cauſa largiens ⁊ gratiā diſponentē ⁊ grãm meritoriam et grãm cōfirmantē. hō vero aut angelus in ſe cōſideratus eſt cā ſue cōfirmationis in bono: nō directe et per ſe ſed ſicut quodã mō diſponens ⁊ vt remouēs ꝓhibēs. Ex premiſſis duo inferimus. Primū ē ꝙ ꝗuis obſtinatio ſit aliquid cōmune hoibus et angelis obſtinatis: nō iō cogimur ponere in vtriſqꝫ eundē modū penitus obſtinatiōis aut ei⁹ cauſalitatis vt aliq arguūt: ſicut neqꝫ eūdem modū cognitiōis lꝫ vis cognitiua vtriſqꝫ ꝯueniat. neqꝫ liberū arbitriū eiuſdē rōnis lꝫ ſit vtriſqꝫ cōmune. immo magis ꝯſequēs eſt ꝙ ſm diuerſum modū vtriuſqꝫ nature: diuerſus ſit mod⁹ obſtinationis vtriuſqꝫ ⁊ eius cauſalitatis ſecundum ſpeciem. Ut enim Sanctus Doctor dicit prima parte. q. 64. articulo. 2° in corpore. angel⁹ apprehendit per itellectū different ab hoie. et ipſa etiã voluntas angeli differēter adheret rei a ſe volite. proportionat nãqꝫ vis appetitiua in oibus virtuti cognitiue appreheſiue a qua mouet. vñ qꝛ ãgeli noticiã hñt oim que naturalit ſcire pñt nō ratiocinãdo ſed itelligibiliter per modū quo nos habem⁹ noticiã primorū principioꝝ. ꝓpter qđ intellect⁹ eoꝝ fixe et immobiliter ſe hꝫ circa oia que naturaliter cognoſcit queãdmodum ⁊ nos circa pma pricipia naturalit nobis indita: iō et ipſoꝝ volūtas fixe ⁊ imutabiliter adheret circa ea ad q naturalis eoꝝ dilectio ſe extēdit. et ſicut ad cognoſcenda ſupnaturalia. i. que eoꝝ vim naturalē cognitiuã excedunt: angeli indigēt pncipio ⁊ auxilio ſupnaturali. neqꝫ ex ſe ipſis in apprehendēdo ſupernaturaliū veritatem indefectibiliter aut imutabiliter ſe hñt ſed circa illa errare pñt et decipi: ita ⁊ volūtas ipſorum circa ſupernaturalia appetenda ⁊ diligēda nō naturaliter et immobilit ac determinate ſe habet ſed pōt bene aut male appetere ⁊ amare. verūtamen qꝛ vt ſupra dictū eſt: oē quod aduenit alicui aduenit ei ſm modū ſue nature: et modus nature angelice ē quocūqꝫ ſe vertit p liberum arbitriū: immobiliter et perſeuerāter ſe vertere. queãdmodum ⁊ quicquid p intellectum ſemel apprehēdit immobiliter ⁊ inamiſſibilit apprehēdit: cōſequēs ē vt ãgeli ſe immobiliter pſeuerent vł in ꝯuerſiōe vel auerſiōe circa bonum ſupernaturale. vñ in hmōi ſupernaturalia appetenda: angeli ꝓpria volūtate ſe conuertunt. ſed ei imobiliter inherere ad qđ eorum volūtas ſemel ſe vtit: ineſt illis ex ꝓprie nature cōdiciōe prout. S. Tho. expreſſe dicit in. q. de malo. q. 16. arti. 15. ad. 4m. Secundum quod ex premiſſis inferimus eſt ꝙ quia omnis effectus directe et ſimpliciter prouenit ex cauſa per ſe: ex cauſa autem per accidens vel remouente prohibens non dr prouenire niſi indirecte et ſm quid

ideo in aſſignādo cauſam cōfirmationis i bono hoim ⁊ angeloꝝ. S. Tho. fundat dicti rōnē i dei dono ⁊ in diuina largitiōe per grām ⁊ per glīam preſertim q̄ in viſiōe dei cōſiſtit. ex q̄bus directe et ꝑ ſe ac ꝓncipaliter eoꝝ cōfirmatio in bono cauſat. in aſſignādo vero cauſam obſtinatiōis eoꝝ accipit ꝓbationis fundamentū ex ꝑte hoīm ⁊ angeloꝝ a quibꝰ prouenit directe et ꝑ ſe eoꝝ obſtinatio maxime ſꝫm ꝙ eſt peccatū ⁊ culpa. nō ꝙ eiꝰ mens fuerit nichil ex ꝑte dei ad obſtinationē cōcurrere aut ꝙ ſola naturalis cōdicio hoīm ⁊ angeloꝝ ſufficiens ⁊ totalis rō ſit ad determinādū et imobilitandū ac obſtinatū reddere liberū eorum arbitriū in malo vt aliqui ex malo itellectu et vtinā nō ex malo affectu dicūt. Vñ ⁊ in de. ve loco ſupra allegato pro ſecūda cōcluſione cōcludēs q̄ſtionis veritatem inq̄t. pꝫ igitur ex dictis ꝙ cā cōfirmationis demonū in malo eſt ex tribus. primū eſt ⁊ principale diuina iuſticia ꝑ quam ſcꝫ grā in ꝑpetuum ꝓuati ſunt qua a malo auerti et in bonum cōuerti poſſent. qꝺ autē dicit ꝓncipalit̄ debet intelligi ſꝫm ꝙ obſtinatio iplicat rationē pene: nō ſꝫm ꝙ hꝫ rationē culpe. Et in. q. de malo vbi ꝓ cōcluſione allegatum eſt: duplicē cauſā aſſignat obſtinationis demonū in malo. vnā intrinſecā. ſ. ex parte ſui: aliā extrinſecā. ſ. ex parte dei. ait eni in fine rñſionis pricipalis. ex parte vero cauſe extrinſece immutabiles ſunt. ſ. angeli vl̄ in bono vel in malo poſt primā electionē: q2 tūc finitur i eis ſtatus viatoris. vñ non pertinet ad rationē diuine ſapientie vt vlterius demonibus grā infundatur per quā reuocētur a malo prime auerſiōis in qua imobiliter perſeuerant et c̄. Et pª 2ᵉ. q. 79. ar. 3°. oſtēdit ꝙ cā excecationis ⁊ obdurationis creature in peccato nō ſolū eſt ipſe q̇ peccat ⁊ obſtaculū ponit grē: ſed etiā deus q̇ ſuo iudicio grām non apponit. Et. pª. 2ᵉ. q. 85. arti. 2° ad. 3ᵐ. in dānatis inq̄t manet naturalis inclinatio ad virtutem alioqui nō eſſet in eis remorſus conſcientie. ſꝫ ꝙ nō reducatur in actū: contingit q2 deeſt grā ſꝫm diuinam iuſticiam. Accipiuntur ſupradicta in hoc notabili ex dictis. S. Tho. in diuerſis locis ⁊ preſertim. pª par. q. 58. ar. 4° et. 62. ar. 5° et. 8° et. 64ª. arti. 2°. Et de. ve. q. 24. arti. 7°. et. 8°. et. 10. Et de pō dei loco proxime allegato.

¶ Quarto Notandū eſt ꝙ vt. S. T. inquit de. ve. q. 24. arti. 11° in. c. obſtinatio ex nominis ratione importat firmitatem in peccato per quam aliquis a peccato reuerti non poteſt. hoc autem dupliciter pōt intelligi. vno mō ita ꝙ vires proprie nō ſufficiāt ad hoc ꝙ a peccato quis totaliter liberetur: ⁊ ſic quilibet in peccato mortali exiſtens dr̄ nō poſſe a peccato ad iuſticiam redire. verumtamē ex tali firmitate in peccato: non dr̄ aliquis proprie obſtinatus. alio mō habet aliquis firmitatem i peccato ita ꝙ neq3 cooperari poteſt ad hoc ꝙ a peccato reſurgat. et ſiquidem dicitur nō poſſe ad id cooperari non ſimpliciter ſed quia non de facili cooperari poteſt: ſic dicit̄ quis obſtinatus nō ſimpliciter ſed imperfecte. et iſto modo pōt aliquis dici obſtinatus in ſtatu vie dū. ſ. per habitum vitioſum habet quis voluntatem firmatam in peccato ita vt debiles motus ⁊ difficulter inſurgant in eo ad bonum. quia tamē aliqui inſurgere poſſunt in eo: nō adhuc eſt ſimpliciter et perfecte obſtinatus. ſi vero nullo modo omnino poteſt quis cooperari ad hoc ꝙ a peccato reſurgat aut a malo auertatur: eſt ſimpliciter ⁊ perfecte obſtinatꝰ. hoc aūt non contingit aut angelo aut homini in ſtatu vie ſed poſtq̄ȝ ſunt in termino. Ad cuiꝰ itellectum conſiderandum eſt ꝙ via ⁊ terminus ad ſe inuicem reſpectiue dicūtur. dr̄ enim via quedā tendentia vel motus in terīm. terius autē finis et cōſumatio eſt vie. terminus autem cōſtitutus a deo creature rationali ⁊ itellectuali angelis. ſ. et hominibus: eſt vita eterna que in clara dei viſiōe cōſiſtit. ad quam tamen nō coacte aut naturali neceſſitate venirēt ſꝫ libero arbitrio quo eorum actiōes ab irrationalium creaturarum motibus diſcernunt̄ per grāꝫ dei adiuto ac ſublimato. ita vt etiā ab ipſo ſūmo et optimo fine ꝓpria electiōe ac libertatis iudicio deuiare poſſent ⁊ ſibi finem alium ac terminum vie cōſtituere. iuxta qꝺ ſapiens dicebat. deus ab initio cōſtituit hoīeꝫ et reliquit illū in manu cōſilij ſui. ante hoīem vita ⁊ mors bonum ⁊ malū qꝺ placuerit ei dabitur illi. via autē illis preſtituta a deo nō eſt aliud q̄ȝ motus vel tendētia ad vitam eternā attingēdā. huiuſcemodi aūt tendentia cōſiſtit in operando vel potius cooperando meritorie ad vitam eternam. q̄ȝdiu ergo homo vel angelus eſt in ſtatu vie: operari vel cooperari poteſt ad vitam eternam ꝓmerendam ac per hoc nō poteſt dici ſimpliciter obſtinatus vt ex dictis patet. ſimpliciter igitur et vltimate obſtinatus in malo homo vel angelus non dicitur niſi poſtq̄ȝ eſt in termino in quo amplius operari vel cooperari non poteſt ad vitam eternam vel proficiendo in bono vel recedendo a peccato. ¶ Ex quibus inferimus de mente Sancti Thome ꝙ principalis cauſa et vltimata obſtinationis ſimpliciter hominum vel angelorum quantum eſt ex parte ipſorum:

eſt quia peruenerūt ad terminū in quo nō iā eſt
motus aut mutabilitas a malo cū quo ad terīm
peruenerūt ſed qes in ipſo ꝛ firma adheſio. Qđ
aūt. S. T. inducit in pᵃ par. aut alibi ad ꝓbādaꝫ
obſtinationē angelorū ex eoꝝ natura'i cōdiciōe
quia. ſ. quod ſemel eligunt refutare non pñt ſed
ſemꝑ illi voluntate adherent: non inducit ab eo
tanꝗ̄ vltimata ꝛ pricipalis cā obſtinationis an=
geli ſit ipſa vnica electio in quātū hmōi. nō enim
id hꝫ electio ex ſua formali rōne ſicut pꝫ in homi
nibus et ēt in angelis malis in qbus ſm viaꝫ. S.
Tho. in ſecūdo ope: ponēde ſunt due electiōes.
vna bona et meritoria qua ſimul cum bonis an=
gelis meruerūt: et alia mala in ſecūdo iſtāti qua
demeruerūt ꝛ impedimentū pme electioni pſti=
terunt ipam mortificātes ꝑut latius dictū fuit ſu
pra. diſ. 4. ſub. pᵒ notabili. ſed pncipalis cauſa ē.
qꝛ a deo prefixus eſt nature āgelice terius ſui me
riti aut demeriti q̄ ſunt via poſt vnicā electioneꝫ
completā et vltimatā in rōne meriti vel demeri
ti niſi ſtatim ipedimentum pſtitiſſent. verū eſt tñ
ꝙ ipa preſtitutio vie ꝛ termini cōgruit cōdicioni
nature angelice: et ipſa nature cōdicio ſufficiens
eſt ad talē preſtitutionem ita vt vnū recte infe=
rat aliud et ecōtra. et inde eſt ꝙ. S. D. aliqñ aſſi=
gnat ꝓ cauſa obſtinatiōis angeli ſtatum ipius in
terio: aliqñ aūt naturalē eius cōdicionē in appre=
hendēdo ꝑ intellectū ꝛ in eligendo ꝑ voluntatē.
probatio tñ ſumpta ex ſtatu āgeloꝝ in terio: for=
maliter loquēdo eſt magis a priori ꝛ ſumit a cōi
cā in angelis ꝛ hoibus quibꝰ cōis eſt obſtinatio.
q̄uis ſpecifice loquēdo aliꝰ modus cauſalitatis
aſſignet vtrobiqꝫ vt tangebat in pcedente nōbi=
li ſm proportionem ad ipas eorum naturas.

Quinto Notandū eſt ꝑut accipit ex dictis. S. T. 2ᵒ. li. ſen.
diſ. 34. ar. 5ᵒ in. c. Et pᵃ. 2ᵉ. q. 85. ar. pᵒ. ꝙ malū
ſm ſe acceptū priuatio quedā eſt boni. ad rōneꝫ
aūt cuiuſlꝫ priuationis tria requirūtur. ſ. habitus
oppoſitus ꝛ ſubm tā habitus q̄ priuationis ꝛ ha
bilitas ſiue iclinatio i ſbo ad habitꝰ receptionē. Fꝫ
hoc ḡ triplex bonum pōt ꝯſiderari ad ꝓpoſitum
noſtrū. ſ. bonum quod eſt pfectio oppoſita ipi ma
lo. et ſubm pfectionis ac priuationis oppoſite. et
tertiū ipa inclinatio ſeu habilitas ad perfectionē
que cū ſit q̄dam quaſi inchoatio eius: et bonum
quoddā eſt. Qꝛ igit peccatū malum quoddam
eſt nature itellectualis ꝛ ratiōalis ꝛ priuatio bo=
ideo ni in ipa natura. ~~ſic per hoc~~ triplex bonum in na=
tura intellectuali vel rationali cōſiderari poteſt.
primum ē ipa natura quātū ad eius principia cō
ſtitutiua ꝛ proprietates naturaliter ex eis cauſa
tas. aliud eſt bonum virtutis et gratie cuius ipſa
eſt capax ꝛ ad quod naturaliter inclinatur. ter=
tium bonum eſt ipa nature inclinatio vel habili=
tas ad bonum virtutis ꝛ gr̄e ſuſcipiendū. primū
bonū peccatuꝫ ſeu culpa neqꝫ tollit neqꝫ minuit.
ſecundū bonum totaliter tollit. tertiū vero non
totaliter aufert ſed minuit: nō ꝑ ſubtractionē ali
cuius partis eiꝰ ſed ꝑ ipſius remiſſioneꝫ. ſicut eni
qualitates et forme nō augentur ꝑ additionē vt
dictum fuit in pmo. li. d. 17ᵃ. ſed ꝑ intenſionē: ita
etiā nō diminuunt per ſubtractionem ſed per re
miſſionē. remiſſio autem hmōi inclinationis ſeu
habilitatis eſt ſm elongationē ab actu. ſ. grā aut
virtute. hec autem elōgatio ꝓuenit ex peccato.
ex actibꝰ enim cauſant diſpoſitiones ad habitus
inclinātes ad ſimiles actus. vñ ex quolꝫ actu pec
cati cauſatur pronitas q̄dam et inclinatio ad ſi=
miles actus peccati. et qꝛ quanto aliquid magis
accedit et inclinat ad vnum cōtrarioꝝ: tanto
magis diminuit habilitas eiꝰ et iclinatio ad aliō
inde eſt ꝙ omne peccatum mortale diminuit in
clinationem ꝛ ꝓnitatem nature ad grām ꝛ vir=
tutem quibus contrariatur. verūtñ quia pecca=
tum ſeu culpa naturā non tollit aut diminuit: nū
q̄ ipſa habilitas ꝛ inclinatio nature totaliter au
ferri poteſt quātumcūqꝫ eius diminutio in inſi
nitum habiret. eo ꝙ ipſa habilitas vel iclinatio
nature ad grām et virtutem radicatur in princi
pijs eſſentialibus ipius nature. Sed ex hoc vi
detur difficultas inſurgere. quia cum habilitas ꝛ
inclinatio nature predicta ſit aliquid finitum ſi=
cut et eius ſubiectum: videtur ꝙ per continuam
diminutionem totaliter conſumi et deficere poſ
ſit ſm regulam phi. 3ᵒ phy. Ad hanc difficulta
tem ſoluendam cōſiderandum eſt ꝙ diminutio
alicuius forme vel habilitatis rei cōtingit dupli=
citer. vno mō per ſubtractionem ſue cauſe. quē=
admodum diminuitur habilitas calefaciendi in
corpore calido eiꝰ calore diminuto. Alio modo
per contrarij appoſitionem. ſicut aqua calefacta
habet naturalem aptitudinem vel habilitatem
ad infrigidandum. ſed quanto plus appoſitum
fuerit de calore: tanto minuitur habilitas eiꝰ ad
frigus. quando autem diminutio forme vel ha=
bilitatis fit per ſubtractionem ſue cauſe: tunc ha
bilitas ipſa vel forma per continuam diminutio
nem poteſt tandem conſumi. quando vero ha=
bilitas vel forma diminuitur per appoſitionem
cōtrarij: tūc quātumcūqꝫ appoſitū cōtrariū creſ=
cat et augeatur: nunq̄ habilitas ipſa vel forma
aut diſpoſitio ex toto corrumpitur aut totaliter
deficere poteſt niſi ſubiecto in quo originaliter

radicat̃ corrupto. ſicut quãtũcũqʒ calidũ creſcat
nõ põt corrumpere aut totaliter auferre aptitu=
dinẽ materie prime q̃ eſt incorruptibilis ad for=
mã aque. diminutio autẽ habilitatis q̃ eſt in nã
rationali vel itellectuali ad grãm et virtutes fit
per appoſitionẽ cõtrarij.ſ. vicij ꝛ peccati quod vt
premiſſum ẽ quãtũcũqʒ augeat̃ et multiplicetur
corrumpere nõ põt aut tollere ipſius habilitatis
ſðm qð eſt natura icorruptibilis. et iõ quãtũcũqʒ
inclinatio ipa et habilitas diminuat̃ et ſi ꝓcedat
in infinitum: nũqʒ totaliter corrũpi aut deficere
põt. Accipiũtur dicta in hoc notabili ex hijs que
S. Tho. ſcripſit locis in pncipio prenotatis. Et
de malo. q. 2ª arti. 12.

Quantuʒ ad ar-
ticulũ quartũ rñdendũ eſt obie
ctionib⁹ aduerſarioꝝ. Et quidẽ
ad argumẽta Ade cõtra primã
cõcluſionem: pʒ reſpõſio ex reſ=
ponſionib⁹ datis ad ipa eius argumẽta. li. p° diſ.
pª q. vltima. verũ qꝛ in hoc loco latius adducta
ſunt illi⁹ argumenta ꝛ nõnulle difficultates tan=
gunt̃ q̃ ibi tacte nõ ſunt et vt ordinẽ argumẽtoꝝ
ſeruemus: ad ſingula nõ piguit iterũ reſponde=
re. Ad primũ ergo eoꝝ dicim⁹ primo ꝙ pma cõ-
cluſio nõ fundat̃ vt ipe falſe ſupponit in ſola viſio
ne clara diuine eẽntie: ſʒ et in ei⁹ perpetuitate: et
in eo ꝙ angeli beati in terio ſunt nõ in via. nõ ei
ſola clara dei viſio inquantũ hmõi ſufficeret red
dere hoiem vel angelũ impeccabilem. nã ꝛ moy
ſes ꝛ paulus ex clara dei viſione quam habuerũt
nõ ſunt effecti impeccabiles. Dicitur ſecundo ꝙ
ſimilitudo in qua argumentum fundatur de deo
clare viſo ꝛ de quocũqʒ alio obiecto creato: non
tenet. quia deus clare viſus ſub ratione vltimi fi
nis et puri et ſummi boni: naturaliter ac neceſſa=
rio inclinat et mouet voluntatem ad ſui dilectio
nem. nõ ſic autem quodcũqʒ aliud obiectum ꝑut
in primo et ſecundo notabili deductum fuit. Et
preterea nõ adhuc argumẽtum cõcludit directe
cõtra cõcluſionẽ. nam ex eius proceſſu hoc recte
inferri poteſt ꝙ non ſit neganda libertas volun
tatis cum clara dei viſiõe quod ꝛ nos cõcedim⁹.
nõ enim neceſſitas naturalis qua ſummum bo=
num clare viſum mouet volũtatem ad ſe diligẽ=
dum: libertati volũtatis repugnat. qm̃ vt dictũ
fuit in ſecundo notabili: libertas que eſt propria
et connaturalis voluntati: eſt libertas a coactio
ne et violentia cui non repugnat neceſſitas na=
turalis. ¶Ad. 2ᵐ dr̃ ꝙ vtrumqʒ obſtat. neqʒ va
lent que in contrarium arguens dicit. non quidẽ
illa que adducit ad probandum ꝙ primum non
obſtet. Tum quia i via non ab omnibus cognoſ=
citur deum eſſe ſummam ꝛ infinitam bonitatem
et ſi a quibuſdam cognoſcit̃: hoc eſt vel ꝑ fidem
que cognitio eſt enigmatica ac per hoc nõ nata
ſic efficaciter mouere voluntatem queadmodũ
clara viſio. vel cognoſcit̃ per effectus quoꝝ ali=
qui poſſunt eſſe volũtati viatoris aduerſantes.
ſicut ꝙ eſt malorum punitor ꝛ prohibitor vicio=
rum quibus pleriqʒ hominum delectantur. Tuʒ
etiam quia ꝛ cognoſcentes in via deum eſſe ſum
mum bonum ꝛ infinitam bonitatem: cognoſcũt
ſimul et difficultatem in attingendo illum. pro=
pter quam voluntas eorum retrahi poteſt ab ip
ſius efficaci appetitu. Tũ preterea. qm̃ i via mo=
tus voluntatis etiam in ſummum bonum nõ po
teſt eſſe continuus et propter paſſiones ꝛ habi=
tus ad alia amanda inclinantes et propter ne=
ceſſitates vite occurrentes. in patria vero deus
a beatis videtur clare et aperte eſſe ſummum et
puraʒ ac infinitam bonitatem cui nichil mali ad
mixtum eſt propter quod amari non debeat. ꝙ
autem in via meremur: non eſt quia ſummũ bo
num et vltimum finem contingenter aut nõ ne=
ceſſario volumus: ſed ex hoc ꝙ credimus deum
eſſe ſummum bonũ et vltimum finem: et ſub hac
ratione deum ſuper omnia amamus. quod i via
neqʒ clare videmus neqʒ neceſſario aut natura=
liter amamus. Et de hoc. S. Tho. in de. veri. q.
22. arti. 7°. Jtem meremur in via etiam quan=
tum ad exercitium actus quod habemus cõtin=
genter non ex neceſſitate. nam poſſemus mentẽ
ad alia diuertere ad que mens noſtra trahitur ꝛ
inuitatur propter cauſas premiſſas. Quod au=
tem arguens dicit ꝙ quicquid deus aut bonitas
infinita operatur ad extra: contingenter cauſat
et non neceſſario: non eſt ad propoſitum. nam il
lud intelligitur de cauſalitate et operatione per
modum agentis non per modum finis: ſub qua
ratione dicimus in propoſito deum apprehen=
ſum vt ſummum bonum neceſſario mouere vo=
luntatem. et licet cognitio aut viſio dei in creatu
ra ſit aliquid finitum: ipſum tamen obiectum co
gnitum et viſum eſt quid infinitum et proponi=
tur voluntati mediante viſione vt bonum infini
tum. et ideo naturaliter et ex neceſſitate illã mo
uet non preciſe et formaliter ſub ratione qua eſt
quid infinitum ſed quia eſt ſummum bonum in=
finitum. quodcunqʒ vero aliud bonum creatum
proponit̃ voluntati vt bonũ finitũ. et iõ ipropor
tionabilit̃ excedit motio q̃ volũtas mouet̃ i deũ
clare viſũ vt ſũmũ ꝛ ifinitũ bonũ: motionẽ ei⁹ in

quodcūqꝫ aliud obiectum. Neqꝫ valet id quod arguens adducit ad probandum ꝙ. 2$^{m}$ non obſtet. nā cum mens beati deū videntis ſit recta vt pote diuina lege ac ſapientia regulata: non pōt bonum iudicare ꝙ propter habēdam experiētiā quod curioſitatis eſt: ad tempus amore ⁊ fruitione dei priuetur. ¶ Ad. 3$^{m}$ dr̄ ꝙ in caſu dato negāda eſt ꝯña. nec valet eius probatio. qm̄ volūtas creata nō tenetur cōformare ſe deo cōtra ipſius naturalem inclinationem. qr hoc nō eſt ſibi poſſibile ac per hoc nec cadit ſub p̄cepto. vñ et naturalibus neqꝫ meremur neqꝫ demeremur. imo inſequendo naturalem impetū cōformaret ſe deo qui illum ſibi indidit: et vellet qd̄ deus vult ipſū velle. nam deus vult ꝙ volūtas velit illud in qd̄ eam naturaliter inclinat. ſufficeret enim volūtatem cōformari deo in tali caſu patienter ſuſtinēdo carere poſt talem horam dei fruitiōe quēadmodū phs dicit in. 3° ethi. ꝙ ſufficit fortem ī periculo mortis nō triſtari etiam ſi nō gaudeat. Et preterea ēt ſi argumentū ꝓcederet: non militat cōtra cōcluſionem noſtram ꝓpter duo. primū ē. nam poſito ꝙ volūtas beati vellet poſt horā carere diuina fruitiōe vt ſe cōformaret diuine volūtati: illud eſſet voluntate deliberatiua vt ſe deo cōformaret cum qua ſimul ſtaret volūtas naturalis de fruendo deo tāqꝫ vltimo fine. quemadmodum et in chriſto ſimul erat voluntas naturalis volens non mori et voluntas deliberatiua volens mori. Secundum eſt. quia ſtante illo caſu: licet volūtas vellet poſt horam non frui deo quādo etiam ipſum clare non videret: ſimul tamen vellet pro tunc deo frui quia pro tūc deū clare videbat. neqꝫ vlla repugnantia eſſet inter iſta duo velle. ꝙ autem vellet poſt horam quando dei eſſentiam non eſſet viſurus deo non frui: cōcluſioni noſtre nō obſtat q̄ in clara dei viſione fundatur. ¶ Ad. 4$^{m}$. dicitur ꝙ aſſumptum ē falſum de potētia dei ordinata. qr tale preceptum eſſet fruſtra. nam nō poſſet voluntas cōtra naturam ſuam conari. et ſi de potentia dei abſoluta deus poſſet illud precipere: preceptum eſſet de re īpoſſibili et per ꝯñs non ligaret. ¶ Ad. 5$^{m}$ patet ſolutio ex reſponſione ad. 3$^{m}$. ¶ Ad. 6$^{m}$. negatur aſſumptum. non enim beatus videns diuinam eſſentiam poteſt concipere deum ſibi odibilem vel diſplicibilem quātumcunqꝫ percipiat ipſum eſſe punitorem etiam ſui. nam viſio clara eius ſumme et perfectiſſime bonitatis obſtaret: cum etiam multi ſancti martyres et confeſſores in via nondum in gratia confirmati ſine odio et diſplicentia dei immo cum eius dilectione tolle-rauerūt penas ⁊ incommoda a deo ſibi inflicta vel permiſſa. huius exemplum etiam datum eſt nobis in iob. Quod autem arguens adducit de nōnullis blaſſemantibus deum propter penas ſibi inflictas: non video quid rationis aut vigoris habeat contra noſtram concluſionem que loquitur de beatis: niſi ſua mirabili dyaletica velit arguere a minori vel a ꝯtrario ꝙ beati deū odio habeant et blaſſement cum id faciant demones et peccatores. ¶ Ad. 7$^{m}$ patet reſponſio ex hijs que dicta ſunt ad. 2$^{m}$. non enim finitas aut infinitas volitionis cauſat neceſſitatem aut contingentiam volendi: ſed bonitas ſumma et perfecta aut non ſumma et imperfecta obiecti. vnde argumentum non eſt ad propoſitum. ¶ Ad. 8$^{m}$ dicitur ꝙ caſus poſitus eſt impoſſibilis. et dato ꝙ eſſet poſſibilis: reſpondendum eſt ſicut ad. 3$^{m}$ ¶ Ad. 9$^{m}$ negatur conſequentia. nam vt ſupra dictum eſt in primo notabili: non ſufficit qualiſcunqꝫ viſio dei clara ad confirmationem videntis in bono. Et preterea falſum eſt ꝙ angeli mali aliquando dei eſſentiam clare viderint. Auctoritates autem Auguſtini debent intelligi prout Sanctus Thomas inquit de veritate queſtione .8. arti. 3° ad. p$^{m}$. vel de cognitione angelorum in verbo non a principio ſue conditionis ſed ex tunc ex quo beati fuerunt. vel de cognitione verbi et rerum in verbo per ſimilitudinem in eis exiſtentem ſcilicet per ipſam angelorum eſſentiam et per ſimilitudines illis concreatas. Et per hec patet reſponſio ad. 10$^{m}$. ¶ Ad. 11$^{m}$. negatur minor. et ad eius probationem negatur aſſumptū loquendo de volitione per ſe. et ad eius probationem dicitur ꝙ in caſu poſito non eſt intentio Auguſtini ꝙ diabolus eligeret miſeriam per ſe ſꝫ per accidens tanqꝫ aliquid adiunctum rei volite per ſe. in caſu enim dato diabolus per ſe eligeret eſſe: ſed quia ſuo eſſe adiūgitur miſeria ex diuina iuſticia diabolus eligeret magis eſſe miſerum qꝫ nō eſſe. non quia vellet miſeriam que ſm ſe ineligibilis eſt: ſed quia vellet eſſe qualitercūqꝫ etiam cum miſeria. Et ſumitur iſta reſponſio ex dictis Sancti Thome. 4° li. ſen. diſ. 49. q. p$^{a}$ arti. 3° ſub arti. 2° in corpore. et ad. 3$^{m}$. Et preterea falſum eſt ꝙ eque libere contingenter poteſt quis non velle beatitudinem apprehenſam ſicut poteſt velle ſibi miſeriam eternam. nam miſeria importat in ſe ſaltem materialiter aliquid boni ſcilicet eſſe et vitam. non enim miſeria eſt purum malum. neqꝫ ſecūdum doctrinam dioniſij īueniri poteſt purum malum. deſtrueret enim ſeipſum ⁊ iam non eſſet malum ſed nichil. vñ et

dānati qui ſunt in vltimo et maximo miſerie gra
du: aliquid boni participant inquantum ſunt et
viuunt: propter quod pōt eſſe eoꝝ miſera vita
appetibilis. ſꝫ beatitudo eterna ita eſt ſummum
bonū ꝙ ēt eſt purū bonū nichil mali hñs admix=
tū ꝓpter quod poſſit nō appeti. vñ argumētū nō
ꝓcedit a ſimili. Et ꝑ iſta pꝫ rñſio ad.12m. vtrūqꝫ
eni ⁊ velle nō eſſe ⁊ nolle beatitudinē ē oīno per
accñs. Et ꝺ hoc. S. T. 4° ſen. d. vltima. q. 2ª ar.
p° ſub ar. 3°. ¶ Ad. 13m dr̄ ꝙ in caſu illo: falſum ē
ꝙ gaudiū de viſione dei minoraret̃. tum quia cū
eſſet ſummū ⁊ naturaliter cōſequens viſionē dei
talē dolorem abſorberet. tum qꝛ gaudium ⁊ do=
lor eſſent de obiectis diuerſis ac ꝑ hoc nō ſibi re=
pugnarēt. tū etiā qꝛ videns clare deum: cognoſ=
ceret bonū ſibi eſſe q̇cquid deꝰ ſibi imponeret ēt
penalitates. ac per hoc ꝓ tūc nō doleret de eis.
quemadmodū ⁊ in via multi martyres nō ſolū
nō dolentes ſpū ſed etiā gaudentes ſuſcipiebāt
atroces penas ⁊ mortem propter xp̄ꝫ. ſ̄m illud
actuū. 5°. ibant apl̄i gaudentes a ꝯſpectu cōſilij.
qm̄ digni habiti ſunt ꝓ nomine ieſu cōtumeliam
pati. ¶ Ad. 14m negat̃ ꝯña. et ad eius probatio
nē reſpōdet. S. Tho. pª. ꝑ. q. 82. arti. p° ad. pm.
Et de. ve. q. 22. ar. 5. ad. pm in cōtrariū. ꝙ aucto
ritas Aug. dꝫ intelligi de neceſſitate coactionis.
neceſſitas aūt naturalis nō aufert libertatē vo=
lūtatis vt ipſemet in eodē libro inq̇t. ¶ Ad. 15m
negat̃ ꝙ cōſequens ſit falſum. et ad probationē
dr̄ ꝙ aſſumptū eſt falſum quātū eſt ex ꝑte volun
tatis beati. et ad eius ꝓbationeꝫ negat̃ cōſequē
tia. neqꝫ valet eius ꝓbatio. nam lꝫ beatus poſſit
aliquē actum circa aliam rē a beatitudine libere
dimittere vel remittere: nō tamen poteſt pecca=
re cū ſit cōfirmatus in gr̄a ⁊ charitate ⁊ in prudē
tia ⁊ ceteris virtutibus. vñ caſus ibi poſitus ꝙ. ſ.
beatus pōt remittere actū habito precepto diui
no ꝙ nō remittat: incōpoſſibilis eſt. eſt eni incō=
poſſibile in ſenſu cōpoſito ꝙ beatus nō impleat
preceptū dei. exemplū autē de angelo raphaele
nō eſt ad ꝓpoſitū cū illi actus eſſent de alia re a
beatitudine ⁊ de quibus nō habuit preceptū di=
uinū in cōtrarium. ¶ Ad. 16m. pꝫ ſolutio ex rñſio
ne ad. 13m. ¶ Ad. 17m dr̄ ꝙ minor eſt falſa vt ex
ſupra dictis pꝫ. neqꝫ arguēs illam ꝓbat. ¶ Ad ar
gumēta Scoti ꝯ ſecundā cōcluſionem p̄mo loco
adducta. Ad. pm rñdetur ex dictis. S. Tho. i hac
d. q. pª ar. 2° ad. pm. Et. pª ꝑ. q. 64. ar. 2° ad. 5m
Et de malo. q. 16. ar. 5° ad. pm. et ex hijs q̄ dicta
ſunt in. 5°. nōbili: ꝙ dictuꝫ dioniſij dꝫ intelligi de
bonis nature conſtitutiuis et de neceſſario cōſe=
quētibus quātū ad eoꝝ radicē: nō quātū ad oīa

bona ad que ſe extēdit facultas ſue nature. et iō
lꝫ in eis ſit naturalis inclinatio ad bonū: eſt tñ in
eis per habitū malicie deprauata ⁊ diminuta vt
nō poſſint velle benefacere licet poſſint aliquan
do bonum facere ex genere. vñ pōt duplex actꝰ
demonis conſiderari. vnus ꝓcedens ex volūta=
te deliberata: et is ꝓprie poteſt dici actus eius: ⁊
talis actus demonis ſemper eſt malus vel ex ge
nere vel ex circunſtantijs. nā ⁊ ſi aliquādo bonū
faciat: nunqꝫ tñ bene facit. ſicut dū veritatē dicit
vt decipiat. aliꝰ actus demonis eſt naturalis qui
bonus eſſe pōt ⁊ atteſtatur bonitati nature: ve=
rūtñ tali bono actu abutunt̃ ad malū. ¶ Ad. 2m
dr̄ ꝙ remorſus conſcientie in dānatis eſt actꝰ na
ture quātū ad ſui ſubſtantiā ꝓut. S. Tho. inquit
in hac. diſ. loco proxime allegato ad. 3m ſꝫ depra
uatur ex fine ⁊ circūſtantijs. et dato ꝙ remorſus
talis iportet diſplicentiā de peccato: nō ideo eſt
bonus actus moraliter. non eni diſplicet eis pec
catū ſ̄m ſe ſed ꝓpter penam quam pro peccato
patiunt̃. vñ diſplicentia et penitētia in eis nō eſt
bonus actus moraliter ſ̄ malus. nam ſimul cum
diſplicētia pene cōplacet ſibi turpitudo peccati.
ac per hoc nolle ſe peccaſſe non eſt in damnatis
bona voluntas prout. S. Tho. dicit. 4° ſen. di.
50. q. 2ª arti. p° ſub arti. 2° ad. 2m. neqꝫ damna
tus ſiſtit in hoc qꝺ eſt nolle ſe peccaſſe prout ar
guēs fallitur. quia vt dictum eſt: cum nolle ſe pec
caſſe propter penaꝫ: vult ſe peccaſſe propter pec
cati turpitudinem. Poteſt etiam dici ꝙ remor=
ſus conſcientie in demonibus non eſt actus eli=
citus a voluntate. neqꝫ proprie eſt diſplicētia cū
ſit actus conſcientie que pertinet ad intellectuꝫ.
vnde remorſus conſcientie proprie eſt reprehē=
ſio ⁊ redargutio vel accuſatio qua conſcientia re
darguit ⁊ accuſat peccatorem de malefactis. et
per hec patet reſponſio ad. 3m. ¶ Ad. 4m nega=
tur aſſumptū. et de hoc dici habet infra. diſ. 28.
et eius falſitas probatur ex auctoritate Aug. ab
arguente inducta in qua Augu. conſequentiam
intulit bonam ex antecedente tamen falſo ⁊ im=
poſſibili. per moduꝫ quo recte quis inferret. ſi ho
mo eſſet auis volare poſſet. ꝙ autem Augu. añs
ſue ꝯñe reputaret impoſſibile: patet euidenter
ex verbis immediate ſupra poſitis. ait enim. bo=
ne quoqꝫ voluntatis et cogitationis initium nō
homini ex ſeipſo naſci ſed diuinitus ei preparari
et tribui: in eo deus euidenter oſtēdit: quia neqꝫ
diabolus neqꝫ aliquis angelorum eiꝰ ex quo rui=
ne illius merito in hanc inferiorem ſunt detruſi
caliginem: bonam potuit aut poterit reſumere
voluntatē. qꝛ ſi poſſibile eſſet ⁊c. quaſi dicat non

eſt poſſibile. ¶ Ad. 5$^{m}$ pꝫ ex reſpõſione ad p$^{m}$ q̇d
dicendũ ſit ad auctoritatẽ dioniſij. Falſum ẽ pre
terea qď arguẽs in minori aſſumit in ſtatu natu=
re corrupte et maxime in peccatore et vicioſo in
quo naturalis facultas volũtatis ꝑ peccatũ leſa
eſt ⁊ debilitata ita vt ſine dei gr̃a bonũ velle ſ͛m
omnes circũſtantias nõ poteſt. ex deductiõe au
tem ꝑ rationẽ naturalẽ ꝙ circũſtantie morales
nate ſunt cõuenire actui rationalis vel itellectua
lis nature: non ꝓbatur ꝙ ſola facultas naturalis
volũtatis poſſit facere aut velle bonum etiã mo
rale ex oibus circũſtantijs debitis niſi forte ꝓ ſta
tu nature integre in quo neqꝫ hoies neqꝫ angeli
dãnati ſunt. ¶ Ad. 6$^{m}$ dr̃ primo ꝙ lꝫ intellectus
angeli nõ erret circa ṗma ṗncipia pratica: errat
tñ circa ꝑticulare eligibile. qď lꝫ de ſe recte poſſit
inferri ex primis ṗncipijs: ipedit̃ tñ ex malicia vo
lũtatis depravate. vñ ois peccãs errat ſ͛m phm.
¶ Dr̃ ſecundo. ꝙ etiã ſi in demonibꝰ fieret recta
deductio ꝑ intellectũ ex ṗmis ṗncipijs ita vt nõ
ignoraret q̇d eligere et agere deberet: nõ eis ſuf=
ficeret ad bñ agendũ ⁊ diligendũ vt arguẽs vide
tur ſentire. imo in hoc fuit error pelagij q2 poſuit
hoiem indigere gr̃a dei ad cognoſcẽdũ quid agẽ
dum ſit: ſed nõ ad id cognitũ agendũ vel appe=
tendũ. fides autẽ catholica tenet ꝙ ſine gr̃a dei
nõ ſolũ neſcimus q̇d agere debeamꝰ vt apoſto=
lus inq̇t: ſed neqꝫ etiam bñ velle aut facere poſſu
mus. iuxta illud apl̃i Ro. 9. nõ eſt volentis neqꝫ
currẽtis ſed dei miſerẽtis. ¶ Ad. 7$^{m}$ dr̃ ad mino
rẽ ꝙ ſicut dictum fuit in quito notabili: nã demo
nis mãſit integra quãtũ ad principia cõſtitutiua
nõ aũt quantum ad oẽm ipſius iclinationẽ natu
ralem niſi in radice. diligere aũt deũ ſuper omia
eo mõ quo remanet in demonibꝰ: eſt actꝰ natura
lis nõ ex electiõe demonis ꝓcedens neqꝫ ẽ mo=
raliter bonus. diligũt enim demones deũ ſuper
omnia inquantũ eſt cõſeruator ipius eſſe ⁊ natu
re eoꝝ. nõ ꝓpterea ꝙ in ſe bonus eſt et iuſtus et
virtutis regula imo ſub hac rõne deum odio ha
bent. vñ falſum eſt ꝙ actus diligẽdi in demonibꝰ
tranſit ſuꝑ deum bonũ ſine oi mala circũſtantia
Neqꝫ obſtat intẽſio naturalis dilectiõis. q2 cum
ſit ex vi nature: nõ ipſis ſed auctori nature iputa
tur. verũtñ hunc ipm actum ꝑuerſa eorum volũ
tate deliberatiua ꝑ malas circunſtantias depra
uant. ¶ Ad. 8$^{m}$. qď eſt durandi dr̃ ꝙ ſicut dedu=
ctũ fuit ſupra in tertio notabili: ꝙ demones poſt
primũ peccatum nõ poſſint bonum facere: eſt in
eis ⁊ ex culpa ſua cõmiſſa ⁊ ex ordinatiõe diuina
et ex ſue nature cõdicione. Neqꝫ valent ea q̄ ar
guens allegat in cõtrariũ. nã lꝫ natura demonũ

ſit bona ⁊ ab ea nõ habeant directe ⁊ ꝑ ſe ꝙ non
poſſint facere bonum: hñt tamẽ ex cõdicione na
ture ꝙ perſeuerent irreuerſibiliter i eo qď ſemel
eligũt ſiue bonum ſiue malum. et ita ꝑ accidẽs ⁊
occaſionaliter bonã naturam eẽ cauſam mali nõ
eſt incõueniens. et conſimili mõ bona ⁊ iuſta or=
dinatio diuina de nõ largiendo ipis gr̃am qua a
pctõ ⁊ a mala volũtate deſiſtant: eſt ꝑ accidens
et occaſiõaliter cã eoꝝ perſeuerãtie in malo. cul
pa aũt eoꝝ primo cõmiſſa: ſemper i diabolo ma
net quantũ ad appetitũ: licet nõ credat ſe poſſe
id qď appetijt obtinere, ꝓut. S. Tho. dicit. p$^{a}$ par.
q. 64. ar. 2$^{o}$ ad. 3$^{m}$. manet preterea in eis ṗma
culpa virtute ⁊ reatu. ac ꝑ hoc ois alterius culpe
põt eſſe cã. ¶ Ad. 9$^{m}$ pꝫ ex ſupradictis ꝙ ⁊ ratio
et auctoritas ad id tenendũ conuincit: nec certe
arguens id dixiſſet ſi Aug. legiſſet de fide ad pe=
trũ. ca. 3. vñ vltra eius dicta i reſpõſione ad. 4$^{m}$
Scoti recitata parũ infra ſic ait. oſtẽdit deus vñ
bona volũtas hominibꝰ detur: quã ſic amiſerũt
angeli cũ haberent: vt amiſſam deinceps habe=
re non poſſent. ſupra etiã ante illa verba ſic dicit
pars itaqꝫ angeloꝝ que a ſuo creatore deo volũ
taria prorſus auerſione diceſſit: eq̇tatis ſuperne
iudicio initium ſue dãnationis in ipſa auerſione
volũtatis inuenit: quã deus ſic totam ꝑ̃cepit re=
manere ſupplicio: vt etiã ignem ei eternum pre=
pararet in quo omnes illi preuaricatores angeli
nec mala poſſint vnqꝫ volũtate carere nec pena
ſed ꝑmanente in eis iniuſte auerſionis malo: per
maneat etiam iuſte retributiõis eterna dãnatio
¶ Ad argumẽta Scoti ſecũdo loco cõtra conclu
ſionem inducta. Ad. p$^{m}$ dr̃ ꝙ aſſumptum eſt fal=
ſum. neqꝫ valet eius ꝓbatio. tum quia ex verbis
Aug. inferri nõ poteſt ꝓpoſitum arguentis. non
eni ſequit̃. ſi nichil magis eſt in volũtate q̄ꝫ velle
ꝙ oẽ velle ſuum ſit in eiꝰ facultate vt poſſet illud
elicere ⁊ ſuſpẽdere. tũ etiã q2 velle neceſſariũ ne
ceſſitate naturali: nõ repugnat facultati ⁊ liber=
tati q̄ eſt propria voluntati prout dictum fuit in
ſecũdo notabili. vñ lꝫ omne velle ſit in facultate
et libertate volũtatis: non ideo ſequitur ꝙ actꝰ
volendi vltimum finem clare viſum non ꝓcedat
ex voluntate neceſſario ita ꝙ illum nõ poſſit ſuſ=
pendere. nam cum neceſſitate naturali qua ipm
volũtas elicit: ſtat ꝙ ex facultate ⁊ libertate ſua
ideſt nõ coacte ipm eliciat. ¶ Ad. 2$^{m}$ dicitur pri=
mo ꝙ licet habitus ſuꝑbie inclinet directe et ime
diate ad ſuperbiendum: non inde ſequit̃ ꝙ actꝰ
aliorum peccatorum nõ ſimul ſtent cum actu ſu=
perbie. nam actus plures diſtincti ſpẽ pñt ſimul
eſſe qñ ordinem hñt inter ſe aut vnum ṗncipiũ

ex quo oriunť. vnū eni peccatū inducit ad aliud
et ipm ad aliud. vñ incōueniēs nō eſt ꝙ in demo
nibꝰ ſimul ſit actus ſupbie ⁊ odij ⁊ inuidie ⁊ alio
rū peccatoꝝ. eſt eni ſuperbia initiū oīs peccati vt
dr̃ eccleſiaſtici. 10°. ❡ Dr̃ ſecūdo. ꝙ argumētum
ſicut iacet nō aliud cōcludit: ꝗ̃ ꝙ nullus eſt actꝰ
malus q̄ ſit ꝑpetuo in demone. hoc aūt cōcluſiōi
nō aduerſatur que nō dicit demones hr̃e volun
tatē actualiť obſtinatā i oī actu peccati. ❡ Ad cō
firmationē reſpōdet. S. T. de. ve. q. 24. ar. 10.
ad. 2m. ꝙ lꝫ nature corporali non poſſit effici ali
quid cōtrarium naturale niſi nā eius totaliť cor
rumpať eo ꝙ natura corporalis eſt determinate
vnius gn̄is: ſicut aque nō pōt fieri calor natura-
lis niſi in ea corrūpať ſpēs aque: nature tñ ſpūa-
li q̄ eſt facta oīm capax ⁊ indeteriata quantū ad
aliquod eē ſuū ſm ꝙ phs dicit. 3° de aīa ꝙ aīa eſt
quodāmodo oīa: poteſt aliquid aliud etiam cō-
trarium fieri naturale per hoc ꝙ illi adheret. vn
de quāuis inclinatio volūtatis naturaliter ſit ad
vnum: tamen cōtrarium poteſt ꝑ amorem effici
naturale ei intantū ꝙ nō reuertatur ad priſtinā
diſpoſitionem niſi aliqua cā hoc agēte. et iſto mō
peccatū efficiť quaſi naturale ei q̄ peccato adhe-
ret. vnde nichil ꝓhibet liberum arbitriū ꝑpetuo
in peccato remanere. hec ille. ❡ Pōt tertio reſ-
ponderi ꝙ argumentū ꝓcedit tanꝗ̃ ſi nos dice-
remus ꝙ ſolus habitus malus cauſat obſtinatio
nē in demone. hoc aūt falſum ē vt ex ſupradictis
apparet. vñ argumentum procedit ex falſo ſuppo
ſito. Et per hec pꝫ reſpōſio ad. 3m. ❡ Ad. 4m reſ
pōdet. S. Tho. in hac. diſ. q. pa. ar. 2°. ad. 5m. ꝙ
obſtinatoꝝ culpa ſemper creſcit nō quātum ad
intenſionem malicie ſed quātū ad multiplicitatē
actus. pena etiam eēntialis eoꝝ non creſcit ſed
accidētalis ſicut nec p̄mium bonorum. et de tali
excreſcētia malicie ⁊ pene ꝓcedit argumentum.
ſi aūt arguens intelligat de augmēto quantū ad
intenſionem: ꝯña eſt nulla. ❡ Ad. 5m. dr̃ ꝙ ex ꝓ-
ceſſu argumēti nō aliud cōcludiť ꝗ̃ ꝙ voluntas
demonis non eſt ita auerſa ab vltimo fine quin
poſſit illū velle ⁊ amare. quod ⁊ nos nō negamꝰ
loquēdo de fine vltimo in cōi. ſm quam rationē
eſt primum p̄ncipium i appetibilibꝰ ⁊ agibilibus.
naturaliť enim demō appetit ſuam beatitudinē
et ſuū bonum ⁊ optimū. huiuſcemodi tñ bonū ⁊
finis ac beatitudo in ſpāli. ſ. diuina eēntia aut eiꝰ
viſio: non ē primū pricipiū in appetibilibꝰ inditū
naturaliť mēti intellectuali, put. S. Tho. dedu-
cit in plurībꝰ locis. et magis diffuſe de. ve. q. 22.
ar. 7°. et ideo appetitus demonis in illud nō ferť
naturaliť. imo deprauatus malicia fertur in eius
odiū ⁊ inuidiā. actus aūt bonos bonitate natura-
li ⁊ ad quos nā ipſa necēio inclinat: nō negat. S.
Tho. in demonibꝰ ſicut pꝫ in hac. diſ. q. pa. ar. 2°
ad. 2m et. 3m. Et. pa p. q. 64. ar. 2° ad. 5m. Et de
ve. q. 24. ar. 10. ad. 17m. Et in. q. de malo. q. 16.
ar. 5° in. c. et ad. pm. et ad. 14m et ad. 18m et ar° ſe-
quēte in. c. et ad. 5m et. 6m in cōtrarium. ❡ Ad ar
gumēta cōtra ꝓbationes cōcluſionis. ad pm Sco
ti dr̃ ꝙ aſſumptū ē falſum. imo rō. S. Tho. verū
ſupponit ꝙ. ſ. intellectꝰ ſit ſufficiēs volūtatis mo-
tor i ſuo gn̄e quātū ad determinationē actus. nā
quātū ad exercitiū vel vſum: nō ponit. S. Tho.
intellectū mouere volūtatem ſed magis ecōtra.
put apparet ex pluribus locis doctrine ſue. ⁊ pre
ſertim. pa p. q. 82. ar. 4°. Et. pa 2e q. 9. ar. p°. Et
de. ve. q. 22. ar. 12. Et i. q. de malo. q. 6. ar. vni-
co. ❡ Ad. 2m negať iterū aſſumptū. et ad p̄mam
eius ꝓbationem dr̃ ꝙ ſi arguens loquať de p̄mo
actu itellectus angelici ⁊ eius volūtatis quē an-
gelus habuit in p̄mo inſtanti ſue creatiōis vt vi-
deť: cōceditur totus ꝓceſſus ſed negatur vltima
ꝯña. nō enim ſequiť. ſi volūtas angeli rectam et
bonā ſemel habuit electionē: ꝙ nunꝗ̃ āplius pec
care potuit. nā vt in q̄rto notabili deductū fuit
viſio clara diuine eſſentie imobiliter ⁊ ꝑpetuo ac
in ſtatu termini adepta reddit ꝑ ſe voluntatem
ſic vidētis impeccabilē: nō ipſa vnica eiꝰ electio.
❡ Ad. 2am ꝓbationem dicitur ꝙ ꝓcedit ex falſo
intellectu in dictis. S. Tho. nō eni eſt mētis eiꝰ
probare imobilitatem volūtatis poſt primā ele-
ctionē per imobilitatem itellectus tanꝗ̃ ꝑ cauſā
ſed ꝑ ſimile. qꝛ quātū ad hoc cōſimiliť ſe hñt itel-
lectus ⁊ volūtas angeli. cauſe aūt per quas imo
bilitas volūtatis ꝓbatur: tacte fuerunt ſupra de
mēte. S. T. in tertio nōbili. ❡ Ad. 3m pꝫ ſolutio
ex his q̄ dicta ſunt in q̄rto nōbili. et magis diffuſe
di. 4a ſub. p°. et ſecūdo nōbili. ❡ Ad. 4m dr̃ ꝙ ar
guēs non ſatis habuit mentē. S. T. vbi aſſignat
drĩam inter voluntatē angeli ⁊ volūtatē hoīs ꝑ
hoc ꝙ eſt cū diſcurſu ⁊ ſine diſcurſu itelligere. nō
eni. S. D. dicere intēdit ꝙ itellectꝰ hoīs mobiliť
ſe hꝫ circa oīa q̄ per diſcurſū cognoſcit vt arguēs
male itellexit: ſꝫ aſſignat drĩam inter itellectū an
gelicū ⁊ humanū ꝑ hoc ꝙ intellectꝰ humanꝰ pōt
decipi ⁊ errare circa alia a p̄mis p̄ncipijs ꝑ ſe no-
tis. qꝛ apprehēdit illa ꝑ diſcurſū ⁊ nō ſtatim illa vi
det in ipīs p̄ncipijs. ex quo fit ꝙ pleruꝗ̃ erret nō
recte diſcurrēs. et qꝛ ex alijs ſupuenientibꝰ vl' cā
erroris ſublata rectificare pōt diſcurſū: inde ē ꝙ
primā apprehēſionē ꝑdere pōt et ſecundā tenere
ac ꝑ hoc mobiliť circa illas ſe hr̃e. itellectꝰ aūt an
gelicꝰ qꝛ cognitionē nō hꝫ per diſcurſū eoꝝ que



VERSITAT

vim nãlem ei⁹ nõ excedunt ſed nãliter cognoſcit
ea ſtati cognitis p̄mis p̄ncipijs: iõ circa naturalit̃
ab eo cognita nũq̃ꝫ errat aut decipit̃. et ꝑ ꝯñs cir
ca illa nõ hꝫ mobilẽ apprehẽſionẽ vel cognitionẽ
Et ꝙ iſte fuerit verus ſenſus in v̈bis. S. Tho. pꝫ
euidẽter de. ve. q. 24. ar. 10. in. c. vbi eãdem rõ=
nem tãgens quã arguẽs allegat ex p̄ma parte ſũ
me: inquit. ꝯ. 3[m] hꝫ etiã remedium ꝙ hõ illud qđ
accipit. ſ. ꝑ diſcurſum nõ totaliter accipit ſed qua
ſi per viã inq̃ſitionis ⁊ collatiõis. vñ qñ ratio ĩ ali
quo errat ex quocũq̃ꝫ ille erroꝛ cõtingat: põt tol
li ꝑ contrarias rõcinationes. et inde eſt ꝙ homo
a pctõ põt deſiſtere. hec ille. ecce ꝙ nõ fuit mens
. S. T. dicere ꝙ oĩa q̃ intellect⁹ human⁹ cognoſ=
cit ꝑ diſcurſum mobiliter apprehẽdit: ſꝫ ꝙ multa
mobilit̃ apprehẽdit eo ꝙ ꝑ diſcurſum cognitionẽ
illoꝛum accipit. intellectus aũt angelicus oĩa ap
prehendit ĩmobiliter q̃ eius naturalẽ capacitatẽ
nõ excedũt. eo ꝙ nihil eoꝝ cognoſcit ꝑ diſcurſũ.
¶ Ad. 5[m] negat̃ aſſumptũ. neq̃ꝫ illud ſatis ꝓbat
vbi arguẽs allegat. ¶ Ad. 6[m] negat̃ minoꝛ. ĩmo
via. S. Tho. ponit cauſas obſtinatiõis ꝯmunes
angelo et homini dãnatis ſicut apparet ĩ locis ſu=
pra allegatis ꝓ cõcluſione. p° ſen. et de. ve. et de
malo. Itẽ cõtra. gen. 4° li° ca. 93. et. 95. arguẽs
aũt nõ videt̃ legiſſe oĩa ſcripta. S. T. ꝙ ſi in pri=
ma parte ſũme cauſam aliquã tetigit differentie
recte ⁊ rationabiliter factũ eſt. qm̃ vt deductum
fuit in tertio nõbili: lꝫ alique cauſe obſtinationis
ſint cõmunes hominib⁹ et angelis: ſpeciales tñ
cauſe aſſignari pñt vtriſq̃ꝫ. vñ patet ꝙ. S. T. ni=
chil intactũ reliquit cauſas cõmunes ⁊ ſpeciales
aſſignãs. Qđ aũt arguens dicit qꝛ aĩa coniuncta
nõ hꝫ cognitiuã ĩmobiliter apprehenſiuã ſicut an
gelus: falſũ eſt ſi accipiat̃ ꝓ ſtatu termini vbi lo=
cũ hꝫ obſtinatio tã in angelis q̃ꝫ in hoĩbus. Ad id
aũt qđ querit de aĩa ſeparata: dicimus ꝙ loquẽ=
do ſaltim de prioꝛitate nature ante oẽm actum
elicitũ aĩa ſeparata ẽ obſtinata. tũ ex rõne ſtat⁹
in termino. tũ ex oꝛdinatiõe diuine iuſticie, et cũ
inde infert ꝙ tũc cã aſſignata in. p° ꝑte ſũme non
eſt ſufficiens: cõcedimus ſic etiã dictũ fuit ſupꝛa ĩ
tertio notabili. neq̃ꝫ iõ arguẽdus eſt. S. T. inſuffi
cientie cũ ipſe ibi et alibi oẽs cauſas obſtinatiõis
ſufficiẽter tetigerit. nõ eni cogitur doctoꝛ oĩa in
oĩbus locis ſcribere aut reſumere. neq̃ꝫ etiã ſi aĩa
ſepata eẽt obſtinata ꝑ actum elicitũ: ſequit̃ vt ar
guens putat ꝙ demereretur ſicut neq̃ꝫ demere=
tur per multas prauas operationes quas dãna
ta in iferno elicit ſed ſunt ſtatũ dãnationis cõſe=
quentes. de hoc tñ alias dicendũ erit. Exemplũ
aũt de lazaro ſatis ineptũ eſt cũ nõ fuerit in caſu
quo arguẽs loquit̃ in ſtatu termini cõpletiue. vñ
ſine miraculo potuit nõ hr̃e ĩmutabilitatẽ ſue ele
ctionis vel operatiõis quã hñt aĩe ſeparate non
rediture ad ſtatum vie. Et ꝑ hec pꝫ rñſio ad. 7[m]
¶ Ad. 8[m] negat̃ aſſumptũ loquendo de cã per ſe
et foꝛmali. lꝫ ei volũtas ſit prioꝛ ſua volitiõe: nõ
tñ ipſa prioꝛitas eſt cã per ſe ⁊ foꝛmalis volitiõis.
et iõ q̃uis poſt actũ volẽdi elicitũ nõ aliter ſe ha
beat volũtas ĩ prioꝛitate: põt alit̃ ſe habere quã=
tũ ad ĩmobilitatẽ vel ĩpeccabilitatẽ. ¶ Ad pri=
mã cõfirmationem dr̃ ꝙ maioꝛ ꝓpoſitio hꝫ veri
tatẽ qñ cauſa nullã diſpoſitionẽ acq̃rit per hoc ꝙ
cauſat vnũ illoꝝ effectuum queadmodũ contin
git in exẽplo ab arguẽte dato. ſed ſi talẽ diſpoſi=
tionẽ acquirit: nõ vniformiter ſe hꝫ ad alios effe=
ctus p̄ſertim ad oppoſitos. ſicut pꝫ in agentibus ĩ
quib⁹ per act⁹ gñatur habitus. iõ enim habitus
diffinit̃ a phõ ꝙ eſt difficile mobilis: qꝛ acquirẽs
habitũ nõ eodẽ mõ ſe hꝫ ad oppoſitos actus an
te habitũ ⁊ poſt. ⁊ ſimile eſt ĩ ꝓpoſito nr̃o. acce
dit p̄terea ⁊ inſtitutio diuina ꝓpter quã nõ eodẽ
mõ ſe hꝫ voluntas angeli ante electionẽ et poſt.
¶ Ad. 2[am] cõfirmationẽ negat̃ minoꝛ p̄mi pro=
ceſſus. nã actus q̃ neceſſitat volũtatem ãgeli reſ
pectu alterius ſimilis nõ potuit neceſſitare volũ
tatẽ reſpectu ſui cũ nõdum eẽt. poſitus aũt ĩ actu
potuit volũtatem neceſſitare reſpectu alteri⁹ cũ
iã actu eſſet. Ad alia aũt que recitat de prioꝛita=
te: pꝫ reſpõſio ex dictis. Cũ aũt arguẽs dicit ꝙ ac
cidẽs nõ variat aut ĩmutat naturã: falſum eſt in
multis. et p̄ſertim hoc hñt habitus et cõſuetudo
que ſcḋm phꝫ mouẽt per modũ nature. Vñ. S. T.
de. ve. q. 24. arti. 10. ad. p[m] ſic dicit. q̃uis menti
ratiõali ſcḋm ſuã inſtitutionẽ cõſiderate peccatuꝫ
ſit ꝯtra naturã: ſcḋm tñ ꝙ iam adheſit peccato effe
ctũ eſt ei quaſi naturale vt Aug⁹ dicit in. li° de ꝑ=
fectiõe iuſticie. phs ẽt dicit in. 9° ethi. ꝙ quando
hõ de virtute in vitiũ tranſit: fit quaſi alius eo ꝙ
quaſi in aliã naturã tranſit. hec ille. Et in reſpon
ſiõe ad. 3[m] inq̃t. cã per ſe peccati eſt volũtas. que
q̃uis a principio ad vtrũlibet ſe haberet equalit̃
tñ poſtq̃ꝫ peccato ſe ſubiecit: efficit̃ ei peccatũ q̃ſi
naturale et ex hoc ĩmutabiliter quãtum eſt de ſe
manet ĩ illo. Et ad. 5[m] ait. cum peccatum ſit men
ti rationali quaſi naturale effectum: illa neceſſi=
tas non erit coactionis ſed naturalis inclinatio
nis. Et ad. 14[m]. peccatũ inq̃t libero arbitrio ad=
ueniẽs: nõ adimit aliq̃d eſſentialiũ. qꝛ ſic ſpẽs li=
beri arbitrij non remaneret. ſed ꝑ peccatũ aliq̃d
addit̃. ſ. limitatio quedã liberi arbitrij cum fine ꝑ
uerſo q̃ ei quodãmõ naturalis efficitur et ex hac
neceſſitatem hꝫ ſicut ⁊ alia q̃ ſunt libero arbitrio

naturalia.hec ille.Ex q̄bus pꝫ reſpõſio ad omẽs
cõfirmationes. Tertia aũt cõfirmatio falſũ aſſu
mit vt ex predictis apparet. ¶Ad argumẽta gre
gorij cõtra eaſdẽ ꝓbationes. Ad.pm dr̄ ꝙ aucto-
ritas damaſceni dꝫ intelligi de ãgelo quantũ eſt
ex nã ſua ⁊ ante adheſionẽ volũtatis ꝑ ꝓpriã ele
ctionẽ. vñ et rõnẽ dicti ex ꝯdicione nature ibidẽ
aſſignat dicẽs.oẽ enim creabile:eſt ⁊ vertibile.ꝙ
aũt dictũ damaſceni non debeat itelligi poſt ele
ctionẽ:manifeſte accipit̃ ex v̾bis eiꝰ parũ iſra. cũ
eni dixiſſet ꝙ nã creabilis hꝫ facultatẽ manendi
et ꝓficiẽdi in bonũ ⁊ ad malũ vertẽdi:ſtati adie-
cit de ãgelo.inſuſceptibilis eſt penitẽtie qꝛ incoꝛ
poꝛeus.hõ eni ꝓpter coꝛpis infirmitatẽ peniten
tia fungit̃.hec ille.ex q̄bus v̾bis ſequit̃ ꝙ nõ peni
tet eiꝰ qđ ſemel fecit aut elegit. et iõ argumentũ
nõ eſt ad ꝓpoſitũ noſtrũ q̄ ponimꝰ impeccabili-
tatẽ in ãgelis bonis ꝑ grãm nõ per naturã. vñ et
de.ve.q.24.ar.7° deteriatio eſt.S.D.ꝙ nulliꝰ
creature liberũ arbitriũ nãliter eſt cõfirmatum i
bono ſed ꝑ donũ grẽ vt in.ar° ſequente deducit.
¶Ad.2m dr̄ ꝙ angeli dicuntur imobiles ad ma-
lũ q̃tũ eſt ex nã ſua ⁊ ſm id in quo creati ſunt ſꝫ
ꝙ dicunt̃ a damaſceno difficile mobiles ad malũ
eo ꝙ creati ſunt in grã lꝫ non ꝯfirmati.ſꝫ poſt cõ-
firmationẽ ꝑ beatitudinẽ adeptã nõ ſolum ſunt
difficile mobiles ad malũ ſed ẽt imobiles. vñ im
mediate poſt v̾ba ab arguẽte allegata inquit da
maſcenꝰ.nũc aũt et imobiles ſunt nõ nã ſed grã
et ſoliꝰ boni dei acceſſiõe.et de malis ãgelis i fine
capituli ait.poſt caſũ eni nõ eis ẽ pnĩa queãdmo
dũ nec hoïbus poſt moꝛtẽ. ¶Ad. 3m pꝫ rñſio ſic
ad.3m Scoti ꝯ probatiões ꝯcluſiõis. ¶Ad.4m
dr̄ ꝙ dictũ illud.S.T.ſ.cui ſemel angelus adhe-
ret ꝑ voluntatẽ ſꝑ adheret: itelligit̃ de hijs q̄ fa-
cultatẽ eiꝰ naturalẽ nõ excedũt :⁊ de adheſiõe cõ
pleta ⁊ foꝛmali q̄ accipit̃ ex intẽtiõe finis ſicut ac
cipit̃ ex dictis eiꝰ.pª p.q.64.ar.2°. Et dẽ malo
.q.16.ar.6.in.c.et ad.pm et.2m et ad.pm et.3m et
4m in ꝯtrariũ. Vñ et ibidẽ nono loco arguit illđ
idẽ argumẽtũ in ſnĩa qđ arguens hic oppoſuit de
tp̄e paſſiõis xp̄i.et rñdet ſic. Ad.9m dicendum ꝙ
effectꝰ paſſionis xp̄i ꝑtinet ad ſupnaturalẽ cogni
tionẽ circa quã diabolus errare potuit. vñ argu-
mẽtũ nõ eſt ad ꝓpoſitũ. ¶Ad.5m negat̃ aſſum-
ptũ.eſt eni falſũ ꝓut ex p̄miſſis in tertio nõbili et
in reſpõſionibꝰ apparet. ¶Ad argumẽta Aureoli
cõtra eaſdẽ ꝓbatiões. Ad.pm dr̄ ꝙ minoꝛ ẽ falſa
de ratiõibus q̄ nõ excedũt eiꝰ facultatẽ naturalẽ.
falſũ eſt ẽt qđ arguẽs videt̃ ſupponere ꝙ.ſ.diabo
lus hẽat rõnes quibꝰ cognoſcat ſe eẽ in ſtatu ma
lo et ꝑuerſo. vt ei.S.T.dicit in.q.de malo.q.16.

ar.6.ad.8m diabolꝰ nõ ſentit ſe eẽ male qꝛ culpã
ſuã nõ apprehẽdit vt malũ:ſꝫ adhuc obſtinata mẽ
te ꝑſeuerat i malo.Et ꝑ hec pꝫ reſpõſio ad.2m lꝫ
eni diſplicẽtia quã angelꝰ hꝫ de deo nata ſit q̃tũ
eſt de ſe mouere itellectũ demonis ad reſiliendũ
ab ea ſi ab illo apprehenderet̃ vt malũ:qꝛ tñ non
ſic apprehendit̃ ab eo nõ ẽ nata mouere itellectũ
eiꝰ ad reſiliẽdũ. ¶Ad.3m. pꝫ ſolutio ex rñſiõe ad
4m Scoti ꝯ ꝓbatiões ꝯcluſiõis.Et p̄terea falſũ ẽ
de ãgelo ꝙ circa nãliter ab eo cognoſcibilia i pri-
cipio falſo apprehẽdat cõcluſionẽ falſam ꝓ vera.
falſũ eſt ẽt in nobis ꝙ ſtãte p̄ncipio falſo : nõ ſtet
imobilitas cõcluſiõis falſe i eo apprehẽſe. verũtñ
caſus arguẽtis eſt ipoſſibilis.nõ eni poſſibile ẽ ꝙ
intellectꝰ ẽt nr̃ aliqđ de p̄mis p̄ncipijs apprehen-
dat falſũ pro v̾o cũ ſint nãlit̃ cognita circa q̄ nõ
cõtingit errare ꝓut ph̃s dicit. 4° metha.⁊.3° de
aïa. ¶Ad.4m dr̄ ꝙ lꝫ in angelo malo nãlia ma-
neãt itegra q̃tũ ad ſuã entitatẽ:⁊ intellectꝰ ma-
neat iteger q̃tũ ad cognitionẽ ſpeculatiuã ⁊ cir-
ca effectiuã vel praticã q̃tũ ad actũ app̄hẽdẽdi ⁊
iudicãdi in vl̃i: eſt tñ leſus ⁊ deprauatꝰ circa iudi
ciũ praticũ in ꝑticulari ꝑ eiꝰ maliciã.et iõ itellectꝰ
errare põt in iudicãdo de ꝑticularibꝰ p̃ſertim cir
ca ſupnaturalia vel circa nãlia i oꝛdine aut i reſ-
pectu ad ſupnãlia.itaq̧ nõ eſt i demonibꝰ electio
mala ſine aliq̃ apprehẽſiõe falſa. ꝓut.S.T.exp̃ſſe
dicit i hoc ꝓpoſito.i.q.de malo.q.16.ar.6.ad.6.
in ꝯrium. ¶Ad argumẽta durãdi ꝯ eaſdẽ ꝓbatio
nes.Ad.pm negat̃ minoꝛ.lꝫ eni id qđ diabolꝰ ap
petijt p̄mo pctõ nõ ſit malũ ſꝫ ſe:factũ eſt tñ ma
lũ ex ꝑuerſo mõ appetẽdi illđ. vt eni.S.T.dicit.
pª 2e.q.19.ar.2°.q̃uis obm voluntatis ſit bonũ
ex gñe: efficit̃ tñ malũ ſi nõ hẽat debitas circũſtã
tias. vñ ſicut ibi dicit:velle facere aliq̃d ſm ſe bo-
nũ qñ nõ dꝫ fieri:nõ eſt velle bonũ. Et huic atte
ſtat̃ dioniſiꝰ dicẽs ꝙ bonũ cõtingit ex itegra cã.i.
oïbus circũſtãtijs debitis cõcurrẽtibus.malũ aũt
ex quocũq̧ defectu. qđ aũt arguẽs dicit ex volũ-
tate boni finis ex gñe nõ neccĩo ꝓcedere opꝰ ma
lũ:verũ eſt ꝑ ſe.et tñ ex bono fine ex gñe:malo ãt
ſm debitas circũſtãtias: neceſſe ẽ ꝓcedat opus
malũ q̃tũ eſt ex rõe circũſtãtiaꝝ. ¶Ad.2m dr̄ ꝙ
aſſũptũ ẽ falſũ ſi ſit finis vltimꝰ ſic in ꝓpoſito nr̃o.
neq̧ valet ꝓbatio.tũ qꝛ falſũ aſſumit loquẽdo đ
fine vltimo. tũ qꝛ ex bono fine nũq̧ opus prauũ
ꝓcedit ꝑ ſe ſꝫ occaſionalit̃ ⁊ ꝑ accidẽs.neq̧ eꝯ ex
malo fine bonũ opus ꝓcedere põt ꝑ ſe iuxta ver
bũ dñi mathei. 7° nõ põt arboꝛ bona fructꝰ ma-
los facere:neq̧ arboꝛ mala fructꝰ bonos facere.
nunq̇d colligũt de ſpinis vuas aut de tribulis fi-
cus:q̇ſi dicat nõ. et lꝫ volũtas angeli mali nõ vi-

deat oia in malo fine cui adheret. nā eius nō eſt videre aut cognoſcere: appetit tñ et eligit oia i ordine ad pūerſū vltimū finem cui adheret. ¶ Ad 3m negaꝫ aſſumptū in eo qꝺ dicit angelum malū nō peccaſſe pmo ex elatiōe. hoc eni falſū eſt ꝓut deductū fuit ſup̄. diſ. 5a ſub pmo nōbili. et fuit tāte efficacie eiꝰ electio pūerſa ꝙ cauſauit adheſionē habitꝰ ad qꝺ cōdicio ſue nature adiuuit vt ex ſupradictis pꝫ. ¶ Ad. 4m dr̄ ꝙ angelꝰ malꝰ poſt caſum fuit in terio merēdi ꝛ demerēdi vt arguēs dicit. et vltra hoc fuit in terio cuiuſcūqꝫ bone operatiōis electiue. eo ꝙ oīs huiuſcemōi opatio eſt i eo i ordine ꝛ ꝓportiōe ad pūerſū finē cui ſp adheret vt dictū eſt. ex quo ſequiꝫ ꝙ nullū bonū velle aut facere poſſit volūtate electiua. ¶ Ad ea aūt que ſecūdo loco arguit ꝫ probationē ſumptā ex prima pte. Ad. pm pꝫ reſpōſio ex his q̄ dicta ſūt ad. 6m Scoti. ¶ Ad. 2m pꝫ reſpōſio ex his q̄ dicta ſunt ſupra in quarto notabili. et magis late diſtinctione quarta ſub primo et ſecundo notabili. ¶ Ad. 5m dicitur ꝙ procedit ex falſo ſuppoſito quaſi nos dicamus ꝙ obſtinatio demonum ſequatur ex hoc ſolo ꝙ peccauerūt: et confirmatio bonorum angelorum ꝙ bonum egerūt et meruerunt. hoc autem falſum eſt vt ex ſupradictis apparet. dicimꝰ tamen ꝙ peccatum demonum fuit cauſa meritoria et diſpoſitiua ad eorum obſtinationem. et conſimiliter bona voluntas et bona operatio bonorum angelorum fuit cauſa meritoria et diſpoſitiua confirmationis eorum. ¶ Ad 6m. dicitur ꝙ argumentum procedit de alijs ab vltimo fine. ſed ex peruerſa adherentia ad malum vltimum finem neceſſario ſequitur ꝙ nichil boni velle aut facere poſſint. eo ꝙ omne agēs regulat et ordinat omnia que vult et agit in ordine et proportione ad vltimum finem qui eſt regula et menſura omnium ſuorum actuum. ¶ Ad argumentum ante oppoſitum reſpondet Sanctus Thomas. pa parte queſtione. 64. arti. 2o ad. 2m ꝙ miſericordia dei liberat a peccato penitentes. illi vero q̄ penitentie capaces non ſunt immobiliter malo adherent et per diuinam miſericordiam non liberantur.

ITerū circa diſtinctionem ſeptimā queritur vtrū angelus moueat celum vel quodcunqꝫ corpus per ſolum intellectum et voluntatem ſine alia virtute motiua media. Et videtur ꝙ non. quia angelus in quacunqꝫ diſtantia poteſt velle et intelligere rem quācunqꝫ. ſed non poteſt mouere quamcunqꝫ rem nec in quacūqꝫ diſtātia. ergo et cetera. ¶ In oppoſitum arguitur ſic. oīs actio eſt ab aliqua virtute. ſed in angelo non eſt alia virtus q̄ꝫ intellectus ꝛ voluntas. ergo oīs actio angeli ē per voluntatem et intellectum preciſe. ¶ In hac queſtiōe erūt quattuor articuli vt ſupra.

QUātum ad articulum primum ſit prima concluſio ꝙ motus vel actio angeli circa corpora eſt per eius intellectum et voluntatem et non ꝑ aliam pōm angeli mediā que ſit motiua aut executiua. Hanc concluſionem tenet Sāctus Thomas prima parte queſtione. 79. arti. po ad. 3m. Item de ſpiritualibus creaturis articulo. 6o ad 8m. Item de malo queſtione. 16. arti. po ad. 14m Et de potentia dei queſtione. 6. arti. 3o in cor. Itē quodlibet. 6o queſtiōe. pa arti. 2o. Itē opuſculo. 11o in reſpōſionibus ad lectorem venetum arti. 3o ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ licet corpora obediant angelis ad nutum quantum ad motū localem: non tamen ſic obedit eis materia corporalis in motu ad formam. Hanc cōcluſionem tenet Sanctus Thomas prima parte queſtiōe 65. arti. 4o in. c. et. q. 110. articulis. 2o et. 3o. Et in hac diſtinctione. q. 3a arti. po in. c. Et de potētia dei. q. 6. arti. 3o. Et de malo. q. 16. arti. po ad 14m. et arti. 9o. Et quodlibet. 9o. ar. 19.

QUātum ad articulum ſecūdum recitande ſūt obiectiōes aduerſariorꝫ. Quippe cōtra determinationē ſupradictam arguit aureolus. Primo ſic. quia ſm commentatorem primo tractatu de ſubſtantia orbis ꝛ. 12. metha. commento. 35. in ſubſtantijs abſtractis et ſeparatis non ſolum eſt

potentia volitiua et cognitiua ſed etiam poten=
tia motiua in loco. Et poteſt ratio ſm eius inten
tionē ſic formari. Subſtantia intellectualis eo ꝙ
intellectualis: habet deſiderium. ſed vnde habet
deſiderium: habet ꝙ habeat virtutem motiuam
in loco vel ad locum. igiť et cetera. maior patet.
quia oēm apprehenſionem ſequiť deſideriū. Mi
nor ꝓbatur. q2 deſiderium eſt ad vniendū cum
deſiderato. ad hmōi autem vnionem requiriť ne
ceſſario actus motiōis. igitur. vnde in omnibus
ſubſtātijs motiuis ſunt iſta tria. et ſm ꝙ apprehē
ſio ſiue imaginatio ē perfectior vel imperfectior
ſm hoc deſiderium ⁊ motus ſunt pfectiora ꝓpor
tionabiliter. ſi aūt aliqua haberent deſiderium ⁊
nō haberent virtutem motiuā qua poſſent cōſe=
qui deſiderium illud eſſet imperfectū: et natura
feciſſet aliqd fruſtra ⁊ deficeret in neceſſarijs. Di
cet forte ꝙ l3 ſit in eis potētia motiua: tñ illa non
eſt alia ab intellectu ⁊ voluntate. ſed ſicut ad in=
tellectionem ſequiť volitio quam intellect⁹ im=
primit in voluntate: ita volitionem ſequitur im=
mediate poſitio obiecti voliti extra. ita ꝙ in ſub=
ſtantijs ſeparatis qñ volūtas vult tale quid: ſta=
tim poniť in effectu a volūtate eliciēte illud. S3
cōtra hoc arguiť. Tum q2 incidit i articulū excō
municatu3 pariſius qui dicit ꝙ angelus moueat
corpora per intellectū ⁊ volūtatem ſolū: error.
Tū q2 ſi motio in loco qua angelus mouet cor=
pus eſſet a volitione: aut eſſet a volitiōe vt ē im
periū nullo exequente: aut vt eſt imperium ipa=
met exequente: vel vt eſt iperiū aliquo alio exe=
quēte. pmus modus eſt ipoſſibilis. vt. ſ. mot⁹ fiat
nullo exequēte. nec ſecūdus modus. q2 velle vo
lūtatis nihil aliud eſt ꝙ̄ imperiū. puta volo ꝙ fe
ſtuca moueať. nō eſt aūt idem iperiū ⁊ executio.
qḋ patet. q2 tunc volūtas ferretur ſup̄ ſeipam vt
exequens eſt. nec terti⁹ modus pōt dari ꝙ execu
tio ſit ab illo mobili. qm̄ tūc tale idem moueret
ſe. ergo o3 dare neceſſario ꝙ potentia motiua ſit
alia a mobili. et a volūtate ⁊ a volitiōe. Confir=
matur. q2 alias actus voluntatis eſſet ꝓductiu⁹
qḋ eſt falſū vt patet. nā p⁹ ethi. et. 9. metha. dicit
phs ꝙ operatiōes intellectus ⁊ volūtatis ſunt ī
neſita ꝙ ab ipis nō ſunt alia opata. ¶ 2° ſic. Po
tentia motiua in loco imediate exequēdo nō eſt
in nobis volūtas nec intellectus. igiť nec i ange=
lo. tenet cōſequētia. q2 ex hac ſimilitudie i nobis
reperta arguit aduerſari⁹ putās ꝙ ſicut in nobis
nō eſt alia pō motiua pter intellectū et volunta=
tem: ita nec in angelo. aſſumptū ꝓbatur et ſuppo
ſito ꝙ idē ſit in nobis qñq3 motus volūtarius et
naturalis qḋ poſſibile ē et de facto cōtingit. ſicut
mot⁹ palpebrarū et cordis q eſt reſpirare. potes
eni volūtarie reſpirare: et tñ cogeris neceſſario
reſpirare. ſunt tñ qdam motus omnino volūta=
rij. qdam aūt omnino nāles. nūc oſtendo ꝙ mo=
tus iſte q eſt naturalis ⁊ cum hoc volūtarius nō
ſit imediate a volūtate ſic. Ceſſante pmo agēte
neceſſario ceſſat motio q attribuiť illi potētie vl'
ceſſat ei⁹ effect⁹. ſed itellectu et deſiderio et ima
ginatiōe ceſſante: nō ceſſat motus reſpirationis
nec palpebrarū. igiť et c. ¶ 3°. Q2 phs. 7° ethi.
dicit. ꝙ virt⁹ motiua ē inobediēs itellectui ⁊ vo
lūtati ſicut p3 in paraliticis. et cōparat illā potē=
tiam appetitui incōtinentis. tūc ſic. impoſſibile ē
ꝙ pō eliciat actū et ꝙ act⁹ ille non ſit in ei⁹ obe=
dientia ſed ſit totaliter ſiue principaliter elicitus
ab ea. ¶ 4° pō motiua ponit ob3 ſuū in eē reali.
ponit eni3 motū. ſed pō intellectiua vel volitiua
nō ponit ſic ob3 ſuū in eē reali. ex hoc eni ꝙ res ē
volita vel intellecta: non h3 res ꝙ ſit poſita in eē
reali. igiť ⁊c. ¶ 5° ſic. Actus genere differētes: re
ducūť ad potētias gñe differētes. ſed itelligere ⁊
velle ex vna pte et mouere ſm locū ex alia ſunt
act⁹ differētes gñe. q2 itelligere ⁊ velle ſunt act⁹
vitales: nō autem mouere ſm locū. igiť hec ille.
¶ 6° arguit henricus. 13° quodl3. q. 6. ꝓprium
eſt inquit deo ꝙ ſola voluntate ꝓducit res. ergo
hoc nō debet attribui angelo nec homini. nō eni
ex hoc ꝙ angelus vel hō volunt aliqd ſtatim illḋ
eſt factū. ſed poſt volūtatem requiritur alia vis
motiua que de proximo producit opus. pmum
ergo principiū motus in nobis ē intellect⁹ repre
ſentans appetibile. ſecūdu3 eſt volūtas determi
nans ⁊ imperans virib⁹ motis. tertiū ſunt vires
motiue. vñ angelus mouet per intellectū vt p pri
mū principiū. per volūtatem tanꝙ̄ per pncipiū
medium. ſed per vim motiuam tanꝙ̄ p pncipiū
proximum. ¶ 7° arguit Godofredus pmo quol3
. q. 4. q2 in ſolo deo nō differt velle ⁊ agere. ergo
in angelo virt⁹ motiua eſt alia a volūtate. ¶ 8°
arguit idē ſic. Sicut potentie apprehenſiue ē ap=
prehendere actum exterius tranſeūtem et i hoc
dirigere appetitum: ita actus appetitus eſt velle
talē actum ⁊ imperare ꝙ fiat. ſed velle vel impe
rare ꝙ aliquid moueatur: nō eſt mouere vl' actū
elicere vel exequi. ergo in angelo preter volūta=
tem requiritur alia virtus motiua exequens mo
tum imperatum a voluntate. ¶ 9°. Quia ange=
lus ſm intellectum ⁊ volūtatem equaliter ſe ha
bet ad propinquum et diſtans. ſed ſm potentiā
qua mouet corpus: non equaliter ſe habet ad ꝓ
pinquum ⁊ diſtans q2 ibi eſt vbi operatur. opor=
tet ergo ponere aliquod principium actiuū pre=

ter intellectū ⁊ volūtatem. ¶ i°. pōt argui contra ꝯcluſionem. nā. S. Tho. de potētia dei. q. 6. ar. 3° in ſolutiōe ſecundi dicit cōtrarium cōcluſionis. ait eni ſic. forme rerū naturaliū in mente angelica exiſtentes ſunt magis actuales ꝗ̄ forme q̄ ſunt in mā. et ꝓpter hoc ſunt imediatum principium operatiōis que ē intelligere. operatiōis vero que ē actio materiā tranſmutans nō ſunt immediatū principium ſed mediante volūtate. et volūtas mediāte virtute. et virtꝰ imediate mouet motū localem quo motu mediante eſt cauſa alioꝝ motuum et eſt cauſa aliqua inductiōis forme in materia. Item in ſolutione. 3ª dicit ſimile. et ſic videt̄ ꝙ cōcluſio principalis nō eſt de mente eius. vel ſi ſic: tunc contradicit ſibiipſi. ¶ ii°. Quia. 9° quodlibet. q. 10. in ſolutione ſecūdi ſic dicit. angelus agit in hec corpora mouendo ea localiter per imperium. ſed hoc imperium non ē ſine virtute actiua quam oportet aliquo mō cōtingere corpus motum cum mouens et motum oporteat eſſe ſimul vt ꝓbatur. 7° phy. hec ille. ex quibus videt̄ dicere cōtrarium concluſionis.

¶ Contra ſecundā concluſionem arguit Durandus. qꝛ videtur ſufficere ꝙ agens quantum ad illud quod agit aſſimiletur facto quantum ad illud quod actionem agentis terminat. principiū enim actiōis et terminus videntur ſibi inuicem reſpōdere per ſe: cetera autē per accidens. hoc autem eſt ſola forma ex parte vtriuſqꝫ. ſ. agentis et facti. ideo et cetera. ſic enim coincidunt agens et finis in idem ſm ſpeciem inquantū forma agētis que principiat actionem eſt eiuſdem ſpeciei cum forma facti que actionem finit et terminat. ¶ Iſto etiam mō ſufficit ꝙ factum preexiſtat in virtute facientis. nam et corpora celeſtia immediate cauſant in iſtis inferioribꝰ formas aliquas puta lumen in aere et in aliis corporibꝰ dyaphanis: cum quibus tamen in materia non communicant: aut quia materiam non habent vt poſuit commentator: aut quia illa materia eſt alterius rationis: communicant tamen cum eis in lumine mediante quo agūt quicquid agunt. nō oportet ergo ꝙ mouens ad formam ſit compoſitum aut quod eſt virtute eius ſit totum compoſitum quantū ad materiam ⁊ formam: ſed ſufficit ꝙ ſit forma eiuſdem rationis cum ea quam inducit. ſicut calor ſi per ſe ſubſiſteret virtute diuina vere calefaceret: vel ꝙ in virtute eius ſit forma quam inducere debet.

